EMENDATIONUM FLAVIANARUM

SPECIMEN.

EMENDATIONUM FLAVIANARUM

SPECIMEN.

SCRIPSIT ET DE NOVAE OPERUM JOSEPHI EDITIONIS
CONSILIO DISSERUIT

J. H. HOLWERDA,

Th. dr. et V. D. M. apud Gorinchemenses.

GORINCHEMI,
apud J. NOORDUYN ET FIL.

1847.

L. S.

Solent fere, qui veterem scriptorem tractandum susceperunt, de laudibus ejus praedicare, idque nonnunquam ambitiosius quam verius, sive quo magis aliorum studia moveant, sive ut ipsi haud inutiliter operam sumpsisse videantur. Quod institutum mihi, de Flavio Josepho dicere ingredienti, non imitandum esse judicavi. Nam istiusmodi disputatio, si tantummodo in universa laudatione consumitur, nec justae censurae numeros habet, supervacanea prorsus atque inutilis videtur esse; sin peculiariter ostendere velis, quid in scriptore laudandum sit, quid secus, quibus artium doctrinarumve partibus illustrandis non sine fructu possit adhiberi, verendum est, ne tanta suppeditet materia, cui vix integra volumina sufficiant. Quamobrem hoc tantum affirmo, scripta Flavii Josephi dignissima esse, quae a theologis diligenter et cum cura tractentur, nec prorsus indigna, quibus philologi quoque aliquid studii impertiant.

Hujus igitur scriptoris nulla dum exstat editio, qualem quis hodie jure meritoque requirat. Nam quae superiore seculo Hudsoni et Havercampii curis confecta est, haec qualis sit, norunt omnes, nec dedita opera demonstrare quidquam attinet. Richteriana habet illa quidem nonnulla, quae minime contemnenda sunt; sed maximam partem non est, nisi Havercampianae repetitio. Cardwellus autem, qui anno 1827 libros de bello Judaico Oxonii edidit, primum reliqua Josephi scripta, quod sciam, non attigit; deinde ea usus est doctrina et critica facultate, ut Hudsonos et Havercampios haud ita multum superaverit. Adhuc haec erant; quum nuper G. Dindorfius, vir omni laude cumulatus, Josephi opera Parisiis excudenda curavit. Cujus editionis prius tantum volumen, quo Antiquitatum libri et scriptio De vita continentur, videre mihi et usurpare contigit; alterum an jam prodierit nescio, certe nondum ad nos perlatum est. Ac multis quidem locis salutem attulisse virum doctissimum, vel me tacente quivis intelligit. Multos autem intactos reliquit, quibus tamen, nisi me fallit animus, satis certa medicina fieri poterat. Ea denique est hujus editionis ratio, ut nullum habeat apparatum criticum, quo de cujusque lectionis auctoritate doceamur.

Itaque quum vir honestissimus, cujus operis ac sumptibus hic noster libellus vulgatus est, mihi significaret, novam se Josephi editionem, quam desiderari comperisset, typis describere velle, meque ut ejus adornandae curam susciperem rogaret, conditionem accipere non dubitavi. Sperabam enim fore, ut, si scriptorem, quem longo usu cognitum habebam, denuo pertractarem, in multis operae pretium facerem. Maxime autem me confirmavit, quod Bakius et Geelius, Viri clarissimi, consilium meum haud

improbarunt, seque mihi adjutores fore polliciti sunt. Non eo dico, quo me ipsum callide venditem, aut quo lucubrationibus meis commendationem quaeram. Sed committere nolui, quin hac opportunitate palam testarer, quot et quanta his viris me debere sentiam. Atque utinam discipuli opus tales magistros ne plane dedeceat. Ita demum laboris fructum, et uberrimum, et suavissimum, percepisse mihi videbor.

Sequitur, ut de ratione dicendum sit, qua susceptam Josephi edendi provinciam administrare propositum est. Cui officio minime me satisfacturum arbitratus sum, si universe de crisi flaviana disputarem. Etenim non aliter Josephum, quam reliquos scriptores antiquos, tractandum esse, res ipsa loquitur. Quid igitur attinebat, emendandi et interpretandi praecepta, millies decantata, nec cuiquam ignota, exponere, et uno alterove exemplo, quam valde ad Josephum quoque pertinerent, ostendere? Res erat facilis, nec ita magni laboris; sed verebar ne peritis ac intelligentibus parum probaretur. Nam aliud profecto est de arte loqui, et aliud artem facere; nec semper, ut quis critices exercendae leges optime tenet, ita felicissime in scriptoribus expoliendis versatur. Quocirca aliam mihi viam ineundam putavi, difficiliorem illam quidem, sed multo, nisi fallor, certiorem; ut edito emendationum flavianarum specimine, qualem Josepho operam impenderim, et porro impendere constituerim, declararem. Ita sponte, qualis editio futura esset, intellectum iri sperabam. Quae spes utrum me fefellerit, nec ne, apud alios judicium esto.

Animadversiones, quae hac scriptione continentur, ad tria potissimum, sive capita, sive genera, possunt referri. Primum est de codicibus flavianis; alterum de

vetere interpretatione latina; tertium de flavianae consuetudinis ac proprietatis observatione.

Codices flaviani nequaquam satis adhuc accurate collati sunt; quod multis indiciis certissime colligitur, nec cuiquam mirum accidere potest, qui qua ratione olim hac in re versati sint viri docti probe meminerit. Nihilominus in notis editionis Havercampianae tanta latet optimarum lectionum copia, ut vel his solis plurima, quae corruptelam susceperunt, persanari possint. Testem habeo locupletissimum, G. Dindorfium, qui hac in parte successoribus saepissime palmam praeripuit, nec parvo eos ac molesto labore levavit. Nos, si quando editionem perficere licuerit, operam dabimus, ut ista variarum lectionum farrago quam aptissime digeratur. Quoniam autem ante omnia videndum est, quae sit cujusque libri fides et auctoritas, nunc quidem id egimus, ut prolatis exemplis non tam quid nobis videretur explicaremus, quam ut ipsi judicare possent lectores efficeremus. Praeterea complures sunt loci, qui nec in editionibus recte se habent, nec in ullo codice integri leguntur. His vel maxime curam diligentiamque adhibendam esse, nemo negaverit. Nam haud raro factum est, ut meliores libri eas tamen servaverint reliquias, quibus veram scripturam probabiliter dispicias. Cujus item generis in hoc specimine rationem habuimus. Denique quominus novis subsidiis plane careremus, insignis fecit Geelii benivolentia, qui nobis codicem Ms. bibliothecae Leidensis, nondum collatum, humanissime utendum concessit. Cujus libri descriptio haec est: »Codex membranaceus XI seculi, 210 foliorum, forma quadrata larga, pulcre et accurate scriptus. Habet pauca lemmata et raram annotationem variae lectionis. Postremum folium lacerum est. — In-

sunt Josephi Antiquitatum libri XI—XV, quorum initiis adscripta sunt argumenta. In libro XIV sunt *Decreta Romana et Asiatica pro Judaeis.* — Possiderunt hunc codicem Joannes Clemens medicus Anglus: collegium oxoniense: P. Cunaeus: hujus nepos: Jo. Albertius: Röverus: vid. catal. biblioth. Röver. T. I. p. 7. no. 29." Nos eum ad textum Havercampianum quam potuimus accuratissime, nec sine fructu contulimus.

Vetus interpretatio latina, a quibusnam confecta sit, nec quisquam facile dixerit, nec tanti est quaerere. Videtur tamen constare, libros de Bello Judaico ab alio, et eo quidem antiquiore, homine, ac reliqua Josephi scripta, conversos esse. Nec dubium esse potest, quin seculo VI jam exstiterit. Habet omnino usum criticum haud contemnendum. Quod quale esset, superiores sensisse magis videntur, quam perspexisse. Quamobrem hoc a nobis postulari credidimus, ut eam accuratius, quam adhuc factum esset, excuteremus: itaque fecimus. Quo successu, ex iis, quae in hoc specimine protulimus, poterit existimari. Duabus autem usus sum editionibus, altera Coloniensi anni 1524, altera Veneta anni 1490; quarum haec codicis Ms. vicem praestare potest, nec raro nobis praestitit. Utramque mihi ex bibliotheca Leidensi suppeditavit Geelius, quem virum nisi omni pietate colam, non ingratus tantum, sed pejor etiam videar. Adeo nulla est nostri laboris pars, de qua non optime sit meritus.

Satis superque constat, qui criticum agit, summa ope niti debere, ut scriptoris, quem tractat, consuetudinem ac proprietatem penitus cognitam habeat atque perspectam. Hac re scilicet una judicium de variis lectionibus certissime dirigitur; hac conjecturae tum audacia coërcetur, tum verecundia confirmatur. Quod idem in Jo-

sephum haud scio an magis etiam valeat, quam in alios scriptores. Fuit omnino magni vir ingenii, puri venustique sermonis haud negligens; sed lingua graeca peregrina utebatur, et eo vivebat seculo, quo jam ipsi Graeci priscam simplicitatem dedidicerant. Peregrina lingua scribere, quam difficile sit ac lubricum, nemo ignorat. Seculi labem effugere paucissimis semper contigit. Itaque mirandum non est, complura apud Josephum insolita reperiri, nec insolita tantum, sed etiam suspecta atque vitiosa. Quae omnia diligenter observasse haud parum proderit. Rem ulterius persequi non est hujus loci. Commemoranda dumtaxat hactenus fuit, ut ratio redderetur, cur multo maximam hujus libri partem ad flavianae consuetudinis notationem voluerimus pertinere.

EMENDATIONUM FLAVIANARUM SPECIMEN.

ANTT. JUD. LIB. I.

Cap. II. §. 2.. P. 7. l. 45 Dind.. Πολλὴν δ'ἐπελθὼν γῆν ἱδρύεται μετὰ τῆς γυναικὸς Κάϊς Ναΐδα, τόπον οὕτω καλούμενον,] Aliquid h. l. vitii subesse intellexerunt Hudsonus et Richterus, quorum ille conjecturas proposuit has: Πολλὴν ὁ δὲ ἐπελθὼν γῆν ἱδρύεται μετὰ τῆς γυναικὸς εἰς Ναΐδα τόπον, vel Πολλὴν δ'ἐπελθὼν γῆν μετὰ τῆς γυναικὸς Κάϊς εἰς Ναΐδα ἱδρύεται τόπον· hic autem edidit: Πολλὴν δ'ἐπελθὼν γῆν ἱδρύεται μετὰ τῆς γυναικὸς Κάϊς εἰς Ναΐδα τόπον οὕτω καλούμενον. Mihi quidem Richterus proxime a vero videtur abfuisse. Nam plane ut ille voluit scribendum censeo, nisi quod nomen Κάϊς libenter deleam. Ac primum quidem recte et Hudsonus et Richterus viderunt, praepositionem εἰς ante Ναΐδα deesse non debere. Etenim in codd. eam haud prorsus neglectam fuisse, docet Hen., qui praebet: Πολλὴν δ'ἐπελθὼν γῆν Κάϊς μετὰ τῆς γυναικὸς εἰς τόπον ἱδρύεται Ναΐδαν οὕτω καλούμενον. Item in Vat. Rulaei (Vide not. *y* in ed. Haverc.) legitur: ὁ δὲ μετὰ τῆς γυναικὸς εἰς τόπον ἱδρύεται Ναΐδαν οὕτω καλούμενον. Sed multo magis, verum esse quod contendimus, ipsa ratio docet. Scilicet non urbem, sive pagum Naida in-

tellexit Josephus, sed regionem; quippe vocat eam τόπον. Jam ἱδρύεσθαι πόλιν, ἱερὸν, βωμὸν, similia, rectissime dicuntur; ἱδρύεσθαι τόπον, *regionem condere*, ne cogitari quidem potest, nedum recte dicatur. Dictionem ἱδρύεσθαι εἰς Ναΐδα satis tuetur locus Thucydideus I. 131, ab Hudsono prolatus. Neque non alibi apud Josephum ἱδρύεσθαι intransitive positum reperitur; cf. Antt. V. 2. 11. p. 166. l. 22. Ibid. 7. 4. p. 175. l. 29. Reliquum est, ut nomen Κάϊς non sine causa suspectum esse ostendam. Primum, si quid video, locum occupat non suum: debebat verbo ἱδρύεται propius admoveri. Deinde, quum nihil sit, quod criticam rationem magis confirmet, quam cujusque corruptelae causam indicari et veluti digito demonstrari, neminem praeteribit, si Κάϊς male intrusum esse concedatur, facillime perspici, qūo pacto εἰς interciderit, vicissimque si εἰς male omissum fuerit, Κάϊς probabiliter abjiciendum esse. Denique, quod maxime causam continet, solet haud raro Josephus subjectum non diserte indicare, neque id in ejusmodi tantum locis, qualis hic est, ubi nulla est ambiguitas, sed etiam ubi orationis perspicuitati vel maxime nocetur. Quae res non tam librarios male habuit, quam editores fefellit. Antt. IV. 8. 46. p. 147. l. 1. Προεφήτευσε δὲ καὶ Ἰησοῦς Μωϋσέως παρόντος ἔτι, καὶ πανθ' ὅσα πονήσειεν ὑπὲρ τῆς τοῦ λαοῦ σωτηρίας — ἀναλογιζόμενος προεῖπεν ὡς κ. τ. λ.. Sic Hudsonus cum edd. Bas. et Gen., nisi quod post ἔτι distinxit, et καὶ ante πάνθ' ὅσα de suo addidit. Secutus est Dindorfius. Quanto rectius Richterus e Codd. Regg. a. b. Samb. Voss. Hen. et Busb. recepit: Προεφήτευσε δὲ καὶ Ἰησοῦς Μωϋσέως παρόντος. Ἔπειτα πάνθ' ὅσα πονήσειεν — ἀναλογιζόμενος προεῖπεν, ὡς κ. τ. λ.. Verbum πονήσειεν subjectum habet Μωϋσῆς. — Antt. IX. 12. 3. p. 361. l. 49 Ταῦτ' αὐτοῦ διαπραξαμένου τοὺς Σύρους, ὁ βασιλεὺς Ἀχάζης ἄρας κ. τ. λ.. Nomen Ἀχάζης in codd. plerisque omnibus omittitur. Mihi sine dubitatione abjiciendum videtur. — Antt. XI. 5. 3. p. 412. l. 32 μὴ κοινὴν ἐπὶ πάντας ὀργὴν λαβὼν ὁ Θεὸς

πάλιν αὐτοὺς εἰς συμφορὰς ἐμβάλῃ. Verba ὁ Θεὸς, in omnibus illa libris omissa, Hudsono debentur. Scriptorem, non librarios, correxit vir doctissimus. In sacris quidem certe literis Genes. VII. vs. 23 subjectum *Deus*, tum in textu hebraico, tum apud τοὺς Ο', multo etiam durius negligitur. — Antt. XI. 6. 2. p. 417. l. 53 Διακείμενος δὲ ὁ βασιλεὺς πρὸς αὐτὴν ἐρωτικῶς κ. τ. λ.. Verba ὁ βασιλεὺς rursus ab Hudsono sunt profecta, nec quisquam, opinor, ea retinenda esse judicabit, quum praesertim ejusdem capitis §. 12. p. 425. l. 11 haec legantur: Ἀμάνης μὲν οὖν ἀμετρήτῳ τῇ παρὰ τοῦ βασιλέως χρώμενος τιμῇ τοῦτον διεφθάρη τὸν τρόπον· τὴν δὲ οὐσίαν αὐτοῦ ἐχαρίσατο (nempe ὁ βασιλεὺς) τῇ βασιλίσσῃ. — Antt. XII. 5. 1. p. 456. l. 49 Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἀποθανόντος καὶ Ὀνίου τοῦ ἀρχιερέως, τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ τὴν ἀρχιερωσύνην δίδωσιν. Nomen Ἰησοῦ deest in cod. Leid. Albertii, quem nos codicem contulimus. Noli dubitare, quin ei obtemperandum sit. Nam quum paulo inferius p. 457. l. 1 legamus: Ἰησοῦς δὲ (οὗτος γὰρ ἦν ὁ ἀδελφὸς τοῦ Ὀνίου) τὴν κ. τ. λ., ipsum Josephum habemus testantem, in superioribus viri nomen nondum expressum fuisse. Deinde quod ibidem l. 51 Richterus e tribus codd. recepit Ἀντίοχος δίδωσιν (Leid. autem, cujus modo mentionem feci, praebet: δίδωσιν Ἀντίοχος), rectissime eum non imitatus est Dindorfius. — Ibid. cap. 9. §. 6. p. 471. l. 5 Λυσίας δὲ ὁ στρατηγὸς καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος, ἐπειδὴ κ. τ. λ.. Nomen Ἀντίοχος ex uno tantum cod. et Vet. int. recepit Hudsonus. Melius videtur abesse. — Antt. XIX. 4. 5. p. 757. l. 41 Ἀπήγετο οὖν Χαιρέας τὴν ἐπὶ θανάτῳ κ. τ. λ.. Nomen Chaereae unius cod. Busb. et Vet. int. auctoritate nititur. Verendum est igitur, ut ab ipso Josepho profectum sit. — De B. J. I. 13. 3 fin. ...Φύσει γὰρ ἀπίστους εἶναι τοὺς βαρβάρους. Ἔξεισι δὲ Ὑρκανὸν παραλαβὼν καὶ Πάκορος, ὡς ἧττον ὑποπτεύοιτο· καὶ καταλιπὼν παρ' Ἡρώδῃ τινὰς τῶν Ἐλευθέρων καλουμένων ἱππέων, τοῖς λοιποῖς προέπεμπε Φασάηλον. Hujus loci salebras nemo non vi-

det. Corrupit eum Hudsonus inserto καὶ ante καταλιπὼν, ex Vet. int. scilicet. Postea in uno tantum cod. vocula reperta fuit. Legendum et distinguendum: .. τοὺς βαρβάρους. Ἔξεισι δὲ Ὑρκανὸν παραλαβών· καὶ Πάκορος, ὡς ἧττον ὑποπτεύοιτο, καταλιπὼν· κ. τ. λ.. Nimirum ad Ἔξεισι δὲ Ὑρκανὸν παραλαβών· cogitatione assumendum est Φασάηλος. Conf. Antt. XIV. 13. 4, 5.

Cap. III. §. 2.. P. 9. l. 46 ὃς ἐκ Καϊνᾶ κ. τ. λ..] Cur commemorandum erat, unum Enosum plures habuisse sorores? Vide ne ἀδελφοῖς rescribendum sit, verbis praeterea hunc in modum transpositis: ὃς ἐκ Καϊνᾶ τεκνοῦται τοῦ Ἐνώσου, Ἔνωσος δὲ Σήθου υἱὸς ἦν τοῦ Ἀδάμου σὺν ἀδελφοῖς πλείοσιν. Monuit Josephus, Sethum non unicum fuisse Adami filium, ut intelligeretur, plures, quam unam, initio sive gentes, sive familias exstitisse, Sethi vero progeniem reliquis praestitisse. Conf. cap. 2. §. 3. p. 8. l. 35 Γίνονται μὲν οὖν παῖδες κ. τ. λ..

Cap. VI. §. 1.. P. 15. l. 11 τὸ ταῦ πρὸς τὴν κλῆσιν ἀντὶ τοῦ θῆτα μεταβαλλόντων] Verba πρὸς τὴν κλῆσιν Hudsonus interpretatus est: *ad nomen variandum.* Malim sic explicare: *litera θ ad eam consuetudinem, quam in urbe appellanda tenebant*, i. e. *ad quotidianum loquendi usum, in scribendo quoque mutata in τ.*

Cap. X. §. 5. P. 22. l. 23 ... καὶ ὁ παῖς Ἰσμάηλος· οὗ κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν τρισκαιδέκατον ἔτος ἔχοντος αὐτὸς ἐνενηκοστὸν πρὸς τοῖς ἐννέα διῆγεν.] Sic edd. Bas. et Gen.. E codd. Samb. et Vat., a quibus Reg. a non videtur dissentire, laudantur haec: καὶ ὁ παῖς Ἰσμάηλος κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν τρισκαιδέκατον ἔτος ἔχων· καὶ αὗτος κ. τ. λ.. In Reg. b pro οὗ exstat οὐ, sed idem quomodo sequentia exhibeat, incertum est. Hen. habet: καὶ ὁ παῖς Ἰσμάηλος, κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν τρισκαιδέκατον ἔτος ἔχων· Ἄβραμος δὲ κ. τ. λ.. Quae varietas ejusmodi est, ut lo-

cum alienis additamentis oneratum esse, manifesto ostendat. Reliquis deletis, scribendum arbitror: καὶ ὁ παῖς Ἰσμάηλος, κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν τρισκαιδέκατον ἔτος ἔχων.

Cap. XI. §. 2.. P. 22. l. 49 ... οὐκέτι κατέσχον λανθάνοντες, ἀλλ' ἐμήνυσαν ἑαυτοὺς ὄντας ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι πεμφθείη μὲν ὁ εἷς σημαίνων περὶ τοῦ παιδὸς, δύο δὲ Σοδομίτας καταστρεψόμενοι.] Sic edidit Hudsonus quemadmodum, legebatur in edd. Bas. et Gen.. Dindorfius nihil aliud, quam σημαίνων in σημανῶν mutavit; neque tamen reliqua sana esse, nec ipse vir doctissimus putasse censendus est, nec quisquam facile contenderit. Vel illud, quod ad δύο δὲ e praecedenti πεμφθείη repetendum est πεμφθείησαν; neque enim alia loci expediendi ratio apparet; durissimum est, ne dicam prorsus inauditum. Sed inprimis codd. lectiones considerandae sunt. Ac primum quidem si quaerimus, quinam libri cum edd. consentiant, unum tantummodo Reg. b, in quo exstat: καὶ ὅτι πεμφθείημεν, ὁ εἷς, proxime ad eas reperiemus accedere. Deinde Reg. a et Samb. exhibent: καὶ ὅτι πεμφθείη μὲν, ὁ μὲν εἷς, quod ipsum recepit Richterus, sed non video, quomodo possit explicari. Quin casu tantummodo videtur accidisse, ut πεμφθείημεν in duas voces distraheretur. Ita codd. illi cum Vat., in quo exstat: καὶ ὅτι πεμφθείημεν ὁ μὲν εἷς, revera conspirare censendi sunt. Denique Hen. commemoremus, sed commemoremus tantum, ne quid praetermisisse videamur; nam quum alias solet non optimas praebere lectiones, tum hoc loco καὶ ὅτι πεμφθείη ὁ εἷς affert, cujus ut ratio habeatur, necesse non est. Jam quivis intelligit, lectionem cod. Vat. maxime confirmatam esse. Quaeritur, possimusne in ea acquiescere, nec ne. Quod quidem nescio, an negare sit difficilius, quam affirmare. Quominus affirmem, illud inprimis obstat, quod verbi πεμφθείημεν ratio, nisi me fallit opinio, sine exemplo est. Eumne verbi modum servari, qui orationis indirectae proprius est, quum tamen ea

persona ponatur, quae directae orationi servire solet! Quominus negem, impedior cogitatione, quam licenter saepe veteres talibus in rebus versati sint. Nihil quidem difficultatis superesset, si legeretur: καὶ ὅτι πεμφθείησαν vel πεμφθεῖεν, ὁ μὲν εἷς. Sed prorsus incredibile est, librarios in tam facili lectione aberraturos fuisse. Fortasse scripsit Josephus: καὶ ὅτι ἐπέμφθημεν, ὁ μὲν εἷς σημανῶν. Ita post καὶ e praecedenti ἐμήνυσαν repetendum est εἶπον. Deinde oratio indirecta subito in rectam mutatur, sed ita, ut illa sententiae pars, quae recto sermone effertur, particulam ὅτι, quam saepissime rectae orationis veluti indicem esse, tralatitium est, abundanter praefixam habeat. Eadem plane ratio est loci Act. Apost. XIV. 22 ... ἐπιστηρίζοντες τὰς ψυχὰς τῶν μαθητῶν, παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει, καὶ ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Aliquantum differunt, sed comparari tamen possunt, 1 Macc. XVI. 21. Act. Apost. XVII. 3. Apud melioris notae scriptores nullum adhuc exemplum, quod quidem istis ab omni parte responderet, reperire mihi contigit. Nam quod Plato Charmid. p. 158. D. ita scripsit: Καὶ ἐγὼ εἶπον, ὅτι μοι εἰκότα φαίνει λέγειν, ὦ Χαρμίδη, non est haec obliquae orationis in rectam commutatio, sed potius utriusque confusio quaedam putanda. Verumtamen neque Hellenistis testimonii dictio negari potest, quandoquidem ea res agitur, quae ad universi sermonis rationem pertineat, dialectorum differentiam ne attingat quidem. Et vero subinde, nec mirum, dictiones Hellenisticas usurpavit Josephus. Qualia sunt: Antt. I. 10. 2. p. 20. l. 46 ἀνέζευξε μετὰ εἰρήνης. Ibid. c. 16. 2. p. 28. l. 38 καὶ νυμφεύσειαν — εἰς οἶκον ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. Ibid. c. 18. 6. p. 31. l. 31 Δέσποτα — παντὸς αἰῶνος. Ibid. VIII. 8. 3. p. 308. l. 10 Οὕτω δ᾽ ἔσχον πικρῶς, καὶ τὴν ὀργὴν ἐτήρησαν, similia. Quocirca lib. VII. 7. 4. p. 202. l. 32 καὶ ταῦτ᾽ ἐν αἵματι κατήσθιον, Ernestio et Dindorfio, ἔναιμα corrigentibus assentior, ob Hebraismi metum quidem non, ut voluit ille, sed propter codd. Big. et

Samb. auctoritatem; tametsi haud scio, an melius etiam legatur: καὶ ταῦτ' ἔναιμα ἔτι κατήσθιον. — Particula ὅτι directae orationi praefixa legitur quoque Antt. V. 10. 4. p. 185. l. 42 'Αλλὰ σήμαινε πρὸς αὐτὸν ὅτι παρατυγχάνω, ubi Ernestius sine causa παρατυγχάνεις corrigere tentabat. Vide et Antt. XI. 6. 10. p. 424. l. 10. — Caeterum pro δύο δὲ Regg. a et b Samb. et Vat. habent οἱ δύο δὲ, quod recte mea sententia recepit Richterus.

Cap. XII. §. 1.. P. 24. l. 20 ὡς δ'ἀδελφὴν ἀγόμενος οὐκ ἠδίκουν.] Sic Reg. a et Samb.. Contra Vat. post ἀγόμενος inseruit σήν. Eodem spectat corruptela Reg. b ἀγόμενον ἦν οὐκ. Recepit pronomen Dindorfius, cui non valde repugnem. Sed quod verba sic interpretantur: *quum pro sorore tua habuerim*, nemini facile probabitur. Ecquis enim ἄγεσθαι putandi, existimandi significatione usurpavit? 'Αγόμενος accipe: *uxorem ducere volens.*

Cap. XII. §. 4.. P. 25. l. 28 Εἰσὶ δὲ οὗτοι κ. τ. λ..] Rectissime Dindorfius e Samb. Vat. et Hen. τὸ ante τῶν 'Αράβων inseruit. Sed duobus praeterea vitiis locum contaminatum arbitror, quorum alterum et agnoscitur facillime, et Vet. interpretationis ope certissime corrigi potest. Nam τὸ τῶν 'Αράβων ἔθνος καὶ τὰς φυλὰς non recte se habere, quid attinet demonstrare? Interpres habet: *sunt autem isti, qui gentem Arabicam* secundum tribus *ab iis vocant.* Legendum: οἳ τὸ τῶν 'Αράβων ἔθνος κατὰ φυλὰς ἀπ' αὐτῶν καλοῦσι, i. e. *qui gentem Arabicam tributim*, sive *qui singulas gentis Arabicae tribus eorum* (nempe: Ismaëli filiorum) *nominibus appellant.* Antt. XVII. 10. 5. p. 683. l. 3 ὥπλιζε τοὺς περὶ αὐτὸν καθ' ἕνα. Sed longe major difficiliorque est quaestio de verbis: Εἰσὶ δὲ οὗτοι. Atque Hudsonus quidem ipsos Ismaëli filios intellexit. Quo nihil unquam vidi perversius. Nam καλοῦσι sic durissime dictum, vel dicam potius inaudita figura positum esse, quis negaverit? Deinde sine dubio pro ἀπ' αὐτῶν scribendum

fuisset: ἀφ' ἑαυτῶν· cf. II. 1. 1. p. 40. l. 5. Possis multo facilius Ismaëli filiorum posteros, i. e. Nabataeos intelligere; nam quae proxime l. 26 antecedunt ita dixit Josephus, ut hos proavorum mentione simul amplecteretur. Verum non apparet, cur Nabataei potissimum contendissent, praeter se reliquos quoque Arabas ab Ismaëlo oriundos esse. Humiliores et obscuriores tribus hoc potius fecisse, longe verosimillimum videtur; quo scilicet ejusdem nobilitatis participes fierent. Mitto plura: scribendum suspicor: Εἰσὶ δὲ οἳ τὸ τῶν Ἀράβων κ. τ. λ.. *Sunt autem, qui singulas* et quae sequuntur. — Haec igitur si vere sunt a nobis disputata, duas h. l. de posteris Ismaëli sententias proposuit Josephus; alteram solos Nabataeos ab eo originem ducere, alteram reliquos etiam Arabas generis eum auctorem habere. Neque vero id solum, sed etiam significavit, illam certissimam esse, hanc non omnibus probari. Quo magis mirari licet, ipsum paulo superius, hujus cap. §. 2. p. 24. l. 45 Ἰσμάηλος γὰρ ὁ κτιστὴς αὐτῶν (τῶν Ἀράβων) τοῦ ἔθνους, sine dubitatione quod haud satis constare non ignoraret, pro vero affirmasse. Qua tamen observatione, non vereor, ne quis ad nostram conjecturam infirmandam possit abuti. Si argutari vellem, dicere possem, verba Εἰσὶ δὲ οἳ κ. τ. λ. hic a Josepho addita esse, ne illic temere locutus existimaretur. Illud verius est, et in superioribus eum negligentius esse versatum, et hic eorum, quae modo dixerat, non meminisse. Cujusmodi negligentiam alibi quoque commisit, quod satis superque ex iis apparebit, quae mox ad cap. 18. §. 1 disputaturus sum. Quid, quod Antt. II. 3. 5. p. 43. l. 45 ἰδὼν Ἄραβας τοῦ Ἰσμαηλιτῶν γένους manifesto ostendunt, auctore ipso Josepho non omnes Arabas fuisse Ismaëlitas. Locum Antt. II. 9. 3. p. 62. l. 49, ubi Deus Ismaëlo ejusque posteris Arabum terram reliquisse dicitur, praetermittimus; nam sunt ista et rhetorum more dicta, et infinitiora, quam ut nobis eorum ratio habenda sit. Diversas autem antiquitus de gentis Arabicae origine sive sententias, sive traditiones

exstitisse, docent loca Genes. X. 7. seqq., et 26. seqq. XXV, 2—4 et 13—15, quae jam pridem collegit et indicavit Gesenius ad Jes. T. I. p. 670.

Cap. XVIII. §. 1.. P. 29. l. 47 μετὰ τὴν Ἀβράμου τελευτὴν] Ernestius: »Ita manifeste falsum, ut ab aliena manu esse credam.'' Quod judicium Dindorfio probari, certe haud omnino displicere demiror. Ecqua causa potest excogitari, quamobrem ista cuipiam inserenda visa sint? Sed fac abesse; quid proficitur? Eo nimirum ordine narrationis usus est Josephus, ut, etiamsi id non diserte dixisset, nemini tamen non ita opinatus videretur, Rebeccam post Abrami demum obitum gravidam esse factam. Quocirca non librarios aut glossatores, sed ipsum potius Josephum peccasse putem. Et quidem saepissime in ejusmodi negligentia deprehenditur. Quam criminationem, quum ad complura loca, aut recte constituenda; aut certo dijudicanda pertineat, nec vero negligenda esse videatur, si quis nostri scriptoris ingenium cognoscere cupiat, operae pretium est aliquot exemplis confirmare.

Antt. I. 3. 3. p. 9. l. 50 diluvium κατὰ τὸ ἑξακοσιοστὸν ἔτος ἤδη Νωέου τῆς ἀρχῆς dicit accidisse. Hudsonus τῆς ἀρχῆς interpretatur: *aetatis*. Male sine dubio. An igitur de corruptela cogitandum? Si locum per se consideramus, vix eum sanum esse credere possumus; sed §. 4. p. 10. l. 33—40 inspicientibus statim apparebit, revera Josephum, quum priscorum illorum hominum res, quantum posset, augere conaretur, usque eo sui oblitum esse, ut iis non modo principatum atque imperium tribueret, sed etiam totidem annos regnasse diceret, quot omnino vixissent. — Itaque ibidem §. 1. p. 9. l. 21 quum praeter Vat. et Vet. int. reliqua subsidia γυναικῶν praebeant pro γυναικὸς, recte ut opinor ita rescripsit Richterus. Etenim Noëum tanquam regem, et magnum quidem, informavit Josephus, quem par erat plures, quam unam, habere uxores. Paulo inferius autem §. 2. l. 34 narrat

eum arcam conscendisse σύν τε τῇ μητέρι τῶν παίδων καὶ ταῖς τούτων γυναιξίν· sic enim, non ut vulgo σύν τε μητέρι scribendum videtur. — Verum haec nihil sunt, praeut quod cap. 19. §. 9. p. 35. l. 49 commisit: Τοὺς δὲ τύπους τῶν θεῶν ἐπεφέρετο ἡ Ῥαχήλα, καταφρονεῖν μὲν τῆς τοιαύτης τιμῆς τῶν θεῶν διδάξαντος αὐτὴν Ἰακώβου, ἵνα δ', εἰ καταληφθεῖεν ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτῆς διωχθέντες, ἔχοι τούτοις προσφυγοῦσα συγγνώμης τυγχάνειν. Rachelae factum, quod patris penates surripuerat, honeste conatur interpretari, veritus ne talis mulier gentis suae superstitioni (cf. omnino Antt. XVIII. 9. 5. p. 728. l. 39.) dedita fuisse videretur. Quanam igitur ratione utitur? Nempe ea, quam falsissimam esse, quivis ex iis, quae continuo sequuntur, inprimis autem e §. 12 facillime perspiciat. — Antt. III. 6. 2. p. 90. l. 11 κάμακας ἔστησε χαλκέας] Ernestius: »Libri sacri et Philo habent ligneos, ut recte monet Relandus. Solae bases et paxilli, quibus κάμακες firmarentur, ex aere fuerent. Excusari potest Josephus, si laxius locutum dicamus. Saepe ita alii scriptores. Verum fieri non debuit in descriptione." — Ibid. l. 13 ad verba βάσεις δὲ χρυσαῖ idem Ernestius: »Probo Relandi sententiam χρυσαῖ delendum jubentis." Quidni potius Josephum augendi studio lapsum esse putemus? Tale studium et in iis, quae modo allegavimus, apparet, et aliis permultis arguitur exemplis. V. c. Antt. I. c. 9 et 10 satis accurate quae Genes. XIV narrantur exposuit. Itaque mirari licet, eundem Antt. I. 13. 1. p. 25 l. 42 et II. 9. 3. p. 62. l. 51 bella, quae Abramus gessisset, ambitiose commemorare. Quae vero De B. J. V. 9. 4. leguntur, si modum excedere dixero, nemini profecto iniquius judicasse videbor: Ἐγὼ μὲν φρίττω (ipse loquitur Josephus) τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ λέγων εἰς ἀναξίους ἀκοάς. Ἀκούετε δὲ ὅμως, ἵνα γνῶτε μὴ μόνον Ῥωμαίοις πολεμοῦντες, ἀλλὰ καὶ τῷ Θεῷ. Βασιλεὺς ὁ τότε Νεχαὼς Αἰγυπτίων, ὁ δ' αὐτὸς ἐκαλεῖτο καὶ Φαραὼ, μυρίᾳ χειρὶ καταβὰς, ἥρπασε Σάρραν βασιλίδα, τοῦ γένους ἡμῶν τὴν μητέρα. Τί οὖν

ὁ ταύτης ἀνὴρ Ἄβραμος, προπάτωρ δὲ ἡμέτερος; Ἆρα τὸν ὑβριστὴν ἠμύνατο τοῖς ὅπλοις, καίτοι ὀκτωκαίδεκα μὲν καὶ τριακοσίους ὑπάρχους ἔχων, δύναμιν δ' ὑφ' ἑκάστῳ τούτων ἄπειρον· ἢ αὐτοὺς μὲν ἐρημίαν ἡγήσατο μὴ συμπαρόντος Θεοῦ κ. τ. λ.. — Ibid. cap. 6. §. 4. p. 92. l. 14 Δέκα δ' ἄλλα φάρση κ. τ. λ..] Sic editores, praeter Richterum, e cod. Hebr. Exod. XXVI. 1. et Vet. int.. Libri δώδεκα. Videtur et hic Josephus errasse, non librarii. In seqq. l. 16 legendum suspicor: γιγγλύμους ἐπὶ συναφῇ, θηλέας τε καὶ ἄρρενας, συνείλεκτο κ. τ. λ.. Hoc enim meliores codd., Vet. int. et multo magis etiam ratio suadent. Habebant illa tegumenta, quo conjungerentur, cardines et feminas et masculos. — Ibid. c. 9. §. 4. p. 103. l. 6 Ὁ δὲ εἶν μέτρον κ. τ. λ..] Recte Dindorfius verbum ποιῆσαι, quod contra codd. fidem, ut elegans scilicet, auctore Bernardo, superiores retinuerant, abire jussit. Ernestius autem: »Aut valde hic," inquit, »negligens fuit Josephus, qui non meminerat, hoc se jam dixisse c. 8. §. 3, aut ista insititia sunt." Negligentiam Josephi satius erit accusare. Eodem modo cap. 6. §. 6 et cap. 10. §. 7 bis egit de panibus propositionis, qui dicuntur. — Antt. VI. 11. 6. p. 215. l. 11 Φράσαι γὰρ ἂν αὐτῷ κ. τ. λ., Cum his nullo modo conciliari possunt, quae superius §. 1. p. 221. l. 14 leguntur. — Antt. XX. 2. 4. p. 771. l. 28 θεασάμενος τούς τε ἀδελφοὺς καὶ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς δεδεμένους] Ernestius: »In superioribus ἀδελφῶν modo mentio. Sed in hoc scriptores non sunt nimis curiosi. Sic de vestitu sacerdotali lib. XV tantum στολὴ ponitur, sed lib. XX. 1. 1. στολὴ et χιτὼν ποδήρης, et §. 2 ἐσθὴς καὶ στέφανος. Fratrum nomine comprehensi ante etiam eorum affines, soceri, liberi, a quibus et ipsis periculum." Dum Josephum excusat vir egregius, fatetur ab eo peccatum esse.— Ibid. 4. 2. p. 776. l. 17 μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων ἐνήστευσεν ex uno tantum Busb. editum est. Reliqui libri et et edd. γυναικὸς, quod verum arbitror, licet supra p. 775. l. 49 γυναῖκας Izatis commemorasset scriptor.

Ejusdemmodi permulta in reliquis Antiquitatum libris reperiuntur, quorum partim praetermittimus; non enim omnia colligere necessarium videtur; partim suo quodque loco tractabimus. Vide v. c. ad V. 1. 1. Quo magis autem appareat, haud immerito Josephum negligentiae crimine arcessi, quantumque hoc observare criticorum intersit, ex primo librorum de B. J. unum alterumve locum superioribus addere constitui. Cap. 2. §. 1 sic legimus: πρός τε τὸν Ἀντιόχου παῖδα διαλλαγὰς ἐποιήσατο (sc. ὁ Ἰωνάθης); namque haec est scriptura codd. ad unum omnium, neque aliter habent tum antiqua versio latina, tum edd. Bas. et Gen.. Is autem quocum in gratiam rediisse dicitur Jonathas erat Antiochus cognomine Θεὸς, seu Νικηφόρος, filius Alexandri Balae, nepos Antiochi Epiphanis. Mortuo patre, Tryphon eum regem constituit, sed idem postea necavit; cf. Antt. XII. 5 et 6. Quae quum animadvertisset Aldrichius pro τὸν Ἀντιόχου παῖδα conjecit: τὸν Ἀντίοχον παῖδα, ut haec diceret Josephus: *cumque puero Antiocho in gratiam rediit.* Erat autem Antiochus ille admodum juvenis. Pro se quisque conjecturam probarunt, quin etiam receperunt editores: certisssimam scilicet: nihil vidi magis, quae linguae legibus etiam contraria est. Nam *puerum Antiochum* si dicere voluisset Josephus, nequaquam τὸν Ἀντίοχον παῖδα scripsisset, sed aut τὸν παῖδα Ἀντίοχον (cf. Antt. XII. 9. 3. p. 469. l. 43 ὁ παῖς Ἀντίοχος ὠργίσθη. Ibid. XIII. 5. 3. p. 492. l. 7 μετὰ τοῦ παιδὸς Ἀντιόχου, et l. 15 ὁ δὲ παῖς Ἀντίοχος πέμψας), aut Ἀντίοχον τὸν παῖδα (quemadmodum fecit Polybius, XXXI. 19. 8 Ἀντιόχου τοῦ παιδὸς διαδεδεγμένου τὴν ἐν Συρίᾳ βασιλείαν, quem locum ad Aldrichii conjecturam confirmandam attulit Cardwellus). Quid, quod h. l., quoniam nulladum in superioribus Antiochi mentio facta erat, πρός τε Ἀντίοχον τὸν παῖδα unice aptum videtur fuisse. Quominus autem sic corrigendum censeam, inprimis prohibet, quod ne illa quidem, quae paucis post versibus leguntur, ἐπίτροπος μὲν ὢν τοῦ Ἀντιό-

χου παιδὸς stare possent. Frustra enim haec quoque *tutor pueri Antiochi* vertunt, quum non nisi hoc significent: *tutor filii Antiochi* i. e. *tutor ejus, qui Antiochi filius erat.* Reliquum est igitur, ut Josephum peccasse dicamus, Antiochumque Eupatora, Antiochi Epiphanis filium, cum Antiocho Deo, Alexandri Balae filio, confudisse; quod tanto facilius ei poterat accidere, quod uterque patrem puer admodum amisit, et tutore usus est, ille Lysia, hic Tryphone; cf. Antt. ll. ll.. — Cap. 10. §. 6. μάλιστα δ'ἐλύπει τὰ Ἡρώδου κατορθώματα. Sic Hudsonus e Vers. lat.. Postea duo tantum codd. reperti sunt, qui emendationem confirmarent. Reliqui omnes τὰ Φασαήλου· quod licet falsum esse, et ea quae supra, et multo magis etiam quae §. 7 init. leguntur, certissime demonstrent, tamen qui Josephum cognoverit, haud facile librarios potius, quam ipsum accusabit. Ibidem male προστρέχοντες pro προτρέχοντες edidit Cardwellus. Nimirum sic est interpungendum: Ὑρκανὸς γοῦν ἤδη μὲν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἡσυχῇ πρὸς τὸ κλέος τῶν νεανίσκων ἐδάκνετο, μάλιστα δ'ἐλύπει τὰ Φασαήλου κατορθώματα, καὶ κήρυκες ἐπάλληλοι τῆς καθ' ἕκαστον εὐδοξίας προτρέχοντες. Πολλοὶ δὲ τῶν κ. τ. λ.. Ad κήρυκες e praecedenti ἐλύπει cogitatione repetendum ἐλύπουν. Καθ' ἕκαστον sc. κατόρθωμα, id quod non intellexit Hudsonus. Quum autem crebros nuntios singulorum factorum famam praevertisse dicit Josephus, hoc voluit indicare, ipsum Phasaëlum (imo Herodem), quum tam cito rerum bene gestarum nuntios mitteret, ut famam etiam praeverterent, imprudentem Hyrcani invidiam auxisse. Praeterea ἤδη μὲν et πολλοὶ δὲ manifesto inter se respondent, quae res vel sola veram esse nostram rationem ostendit. — Cap. 20. §. 2. διό μοι γράφει Βενδίδιος. Sic omnes codices, nisi quod unus καὶ post γράφει interponit. E Dione ostendit Aldrichius, Κυΐντος Δίδιος legi oportere? Imo sic a Josepho scriptum oportuisse. Antt. XV. 6. 7. p. 592. l. 23 secundum edd. et meliores, nisi fallor, codd. Καπίδιος posuit, quod eadem opera corrigi jussit Aldrichius. Non ausim assen-

tiri. Nam sic hujus libri cap. 1. §. 1 Ὀνίας μὲν εἷς τῶν ἀρχιερέων ἐπικρατήσας ἐξέβαλε τῆς πόλεως τοὺς Τωβία υἱούς· pro Ὀνίας ex Antt. XII. 5. 1 rescribendum erit Ἰάσων· et §. 3. Ματθίας γοῦν — κοπίσιν ἀναιρεῖ τὸν Βακχίδην ex Antt. XII. 5. 2 pro Βακχίδην substitui Ἀπελλῆν oportebit. In his igitur omnibus librariis imputare, quod ipse potius scriptor commiserit, temerarium videtur. — An eos cap. 22. §. 2 rursus dormitasse censebimus? Ibi plerique omnes Mss. καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἰωνάθην habent; ex uno tantum καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀριστόβουλον Ἰωνάθην laudatur; de duobus praeterea, quid praebeant, haud satis constat. Etsi libenter assentior Hudsono, Mariammes fratrem, quem occidisset Herodes, non Ἰωνάθην apellari sed Ἀριστόβουλον, tamen suum Josepho errorem relinquendum existimo. — Nec vero solum in nominibus supra quam credi potest negligens fuit. Cap. 13. §. 7 codd. praeter unum omnes cum Ruffino et edd. habent: καὶ ἐκεῖνος τὴν μὲν μητέρα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς κ. τ. λ.. Ex Antt. XIV. 13. 7. p. 559. l. 32 constare putant viri docti, pro τοὺς ἀδελφοὺς legendum esse τὴν ἀδελφὴν, itaque rescribere non dubitarunt. Quasi vero non pluribus locis eadem hic aliter atque in Antt. narrentur. Qui dissensus saepe etiam ejusmodi est, ut corrigendo ne minui quidem, nedum plane tolli possit. Velut quae ad finem §. 6 ipsi Mariammae tribuuntur, eadem in Antt. ab ejus matre facta esse dicuntur. Plura adscribere piget. Conferri autem velim, quae prudentissime scripsit Wyttenbachius in praefatione Plutarchea, Opusc. I. p. 424, 5.

Cap. XVIII. §. 1.. P. 30. l. 6 Ἠγάπα δὲ ὁ μὲν πατὴρ τὸν πρεσβύτερον Ἤσαυον λεγόμενον κατ' ἐπωνυμίαν τῆς τριχώσεως· Ἑβραῖοι γὰρ τὸ σήειρον τρίχωμα λέγουσιν· Ἰάκωβος δὲ κ. τ. λ..] Bernardi duae conjecturae commemorantur: ἠγάπα δὲ ὁ πατὴρ τὸν πρεσβύτερον Σήειρον, et Ἤσαυον τὸν καὶ Σήειρον λεγόμενον. Posteriorem probavit Ernestius, recepitque Dindorfius. Nollem factum. Ber-

nardi conjectura vel propterea non potest admitti, quod secundum eam ita locutus esset Josephus, ac si nomen Esavi aliud quiddam, non *pilosum*, denotaret; quod tamen ita esse, et locus Genes. XXV. 25 satis aperte docet, nec Josephum facile latere poterat, quippe qui locum illum ante oculos habebat. Codd. Big. et Samb. scriptura haec est: Ἥσαυον λεγόμενον κατ' ἐπωνυμίαν τῆς τριχώσεως· εἶχε δὲ καὶ ἕτερον ὄνομα Σήειρον λεγόμενον ἀπὸ τῆς τριχώσεως· Ἑβραῖοι γὰρ τὸ σήειρον τρίχωμα λέγουσιν. Ἰάκωβος δὲ κ. τ λ.. Eadem habet Reg. a, nisi quod ἀπὸ τῆς τριχώσεως omittit. Enimvero si haec non redolent glossatorem, usquam ejusmodi fraudem detegi posse desperandum est. Quid enim? Esavum Sairi quoque sive nomen sive cognomen habuisse nusquam proditum est. Regio Saira pars terrae Idumaeae commemoratur, in quam postea habitatum concessit Esavus. Quae regio secundum Genes. XXVI. 21 jam ante sic appellabatur; an a Sairo patriarcha Choritarum, ut voluit Relandus, incertum; nam potuit vir a regione dici. Josephus antem infra cap. 20. §. 3. p. 38. l. 35 Esavum nominis auctorem fecit: (Ἥσαυος) ὑπεχώρησεν εἰς Σάειραν· ἐνταῦθα γὰρ ἐποιεῖτο τὴν δίαιταν, προσαγόρευσας τὸ χώριον ἀπὸ τῆς αὐτοῦ τριχώσεως Δασεῖαν. Qui locus ideo nobis apponendus fuit, quod in causa fuisse videtur, cur nonnulli, perperam scilicet, Esavum Sairi quoque nomine vocari solitum crederent. Attente singula verba considerantibus statim apparebit, hoc tantum dici, Esavum regioni, quam occupasset, quum maxime esset sylvestris, tale nomen indidisse, quod illius naturae suaeque pilositati conveniret. Itaque legendum existimem: Ἥσαυον λεγόμενον κατ' ἐπωνυμίαν τῆς τριχώσεως· Ἰάκωβος δὲ κ. τ. λ.. Verba: Ἥ. λ. κ. ἐ. τ. τ. non sunt accipienda: *Esavum ex pilositate cognomen habentem*, sed: *Esavum appellatum denominatione a pilositate*, s. *nomine a pilositate ducto*. Conf. Herodoti V. 9 καὶ οἱ διαφυγόντι τοῦτον τὸν κίνδυνον ἀπὸ τῆς κυψέλης ἐπωνυμίην Κύψελος οὔνομα ἐτέθη. Ejusd. IV. 6 ἀπὸ δὲ τοῦ νεωτάτου αὐτῶν, τοῦ βασιλέος

(neque enim dubito, quin Fabri conjectura verissima sit), οἳ καλέονται Παραλάται· σύμπασι δὲ εἶναι οὔνομα Σκολότους, τοῦ βασιλέος ἐπωνυμίην. Quae verba nescio quomodo impedita sunt. Ut sensus constet, interpretandum est: *regis cognomine*, i. e., *nomine ducto a cognomine*, *quod rex, nempe Colaxais, habebat.* Sed magnopere vereor, ne verba hoc tantummodo significare possint: *regis nomine*, i. e. *nomine ducto a nomine*, *quod rex Colaxais habebat*; quae sententia omnino falsa est. An fortasse legendum: σύμπασι δὲ εἶναι οὔνομα Σκολότους, ἄλλου τευ βασιλέος ἐπωνυμίην? i. e. *alius cujusdam regis*, qui postea fuit, nomenque Σκόλοτος habebat, *denominatione*, s. *nomine ducto ab alius cujusdam regis nomine.* Comparanda sunt ejusdem libri c. 45 οὐνόματα — ἐπωνυμίας ἔχοντα γυναικῶν, et paulo inferius ἡ δὲ Ἀσίη ἐπὶ τῆς Προμηθέος γυναικὸς τὴν ἐπωνυμίην (ἔχειν λέγεται). Josephi adhibendus est Antt. III. 13. p. 110. l. 9 Καὶ νῦν ἔτι κατ' ἐπωνυμίαν ὁ χῶρος ὀνομάζεται Καβρωθαβὰ, ὃ ἔστιν ἐπιθυμίας μνημεῖα. Codd. Regg. a. b. Samb. et Vat. Καβρωθαβὰ ἐπιθυμίας μνημεῖα λέγοιτο. Scribendum: Καβρωθαβά· ἐπιθυμίας ἂν μνημεῖα λέγοιτο. Cf. v. c. lib. V. 10. 3. p. 185. l. 26. Caeterum interpretantur: *Atque etiamnum locus ille cognominatur Cabrothaba.* Malim: *Atque etiamnum locus ille ab eo, quod tum accidit, appellatur Cabrothaba.* Si quod vulgo accipitur dicere voluisset Josephus, scripsisset sine dubio: Καὶ νῦν ἔτι ὁ χῶρος ἐπωνομάζεται. Et vero nomen esse, non cognomen Cabrothaba, demonstrant Numer. XXXIII. 16. Deuter. IX. 22. Denique ἐπωνυμία legitur quoque Antt. XIX. 1. 15. p. 743. l. 38 loco subobscuro: συνημμένη δὲ ἐκείνη (ἡ Γερμανικοῦ οἰκία), διὰ τὸ ἓν τὸ βασίλειον ὄν, ἐπ' οἰκοδομίαις (leg. ἐποικοδομαῖς) ἑκάστου τῶν ἐν ἡγεμονίᾳ γεγονότων ἀσκηθὲν ἀπὸ μέρους ὀνόματι τῶν οἰκοδομησαμένων, ἢ καί τι μερῶν οἰκήσεως ἀρξάντων τὴν ἐπωνυμίαν παρασχέσθαι. Ordo hic videtur esse: συνημμένη δὲ ἐκείνη διὰ τὸ τὸ βασίλειον ἓν ὄν, ἀσκηθὲν ἐποικοδομαῖς ἑκάστου τῶν ἐν ἡγεμονίᾳ γεγονότων, ἀπὸ μέ-

ρους παρασχέσθαι τὴν ἐπωνυμίαν ὀνόματι τῶν οἰκοδομησαμένων, ἢ καί τι μερῶν οἰκήσεως ἀρξάντων. Verba: ἢ καί τι μερῶν οἰκήσεως ἀρξάντων perperam vertuntur: *aut ab eo, qui partem aliquam aedificare inchoaverit.* Oportebat: *aut ab iis, qui partem aliquam primi habitaverint.*

Cap. XIX. §. 6.. P. 34. l. 9 Πᾶσί τε γὰρ — προσλαμβάνει.] In his explicandis, quod miserandum sit, laborarunt Vet. int., Int. in ed. Gen., Hudsonus et Havercampus, quorum conamina et referrem et refutarem, nisi satis superque quam irrita fuerint, hac Ernestii voce declaratum esset: »Locus vitiosus, quem nec intelligere, nec corrigere possum.'' Unus Coccejus quod operae pretium esset attulit, pro ἀδελφοῖς reponendum esse ἀδελφοί: itaque fecit Dindorfius. Mihi praeterea in mentem venit: Πᾶσί τε γὰρ ἡμῖν, ὅσοις ἀδελφοὶ τυγχάνουσι, πλέον τοῦ κατ' ἐκείνους συγγενὲς ἡ μήτηρ προσλαμβάνει. — Κατ' ἐκείνους e Reg. b vulgato κατ' ἐκείνων longe praeferendum duxi. Τὸ κατ' ἐκείνους συγγενὲς intelligi potest: cf. Antt. XV. 6. 6. p. 591. l. 37 τὸ μεγαλεῖον τοῦ κατ' αὐτὸν φρονήματος. Ibid. 7. 7. p. 596. l. 42. ἡ κατὰ Μαριάμμην ἀπώλεια. Ibid. 8. 1. p. 599. l. 30 τὸ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους ἔθος. Contra τὸ κατ' ἐκείνων συγγενὲς non potuisse dici existimo, siquidem in ejusmodi dictione κατὰ id denotat, quod alicui noceat et obsit, aut certe quodammodo ingratum accidat: De B. J. VII. 2. 2. ἡ κατὰ τῶν πολιτῶν ὠμότης. Eodem refero Antt. VI. 7. 1. p. 204. l. 1 ubi Dei ἡ κατὰ Σαούλου καὶ τῶν ὅλων πραγμάτων ἡγεμονία, et Antt. XVI. 2. 4. p. 619. l. 52 ubi Romanorum ἡ κατὰ πάντων ἀρχὴ cum laude commemoratur. Nam quodvis imperium, etiam justissimum ac mitissimum, qua ratione imperium est, iis, quibus imperatur, molestum censetur atque invisum. De reliquis verbum non addam. Neque enim nunc id agitur, ut scriptoris ipsa manus restituatur, sed ut importunissimum glossema detegatur. Annon hac mea correctione, qualiscunque est, sententiam certe loci

probabiliter aperui? Vertam: *Nam et nobis omnibus, quotquot fratres habemus, magis quam illorum cognatio, mater opitulatur.* Quae quid tandem esse possunt, nisi ineptissima lectoris alicujus annotatio, docere nos hanc de Jacobo historiam, quod idem cujusque experientia testaretur, fratrum gratiam esse rarissimam, quum maternus animus nunquam filiis deesset? Si quis autem quaerat, qui factum sit, ut ista hoc potissimum loco et adscriberentur, et intruderentur, adverterat scilicet glossatorem, Jacobum in praecedentibus matris inprimis mentionem facere: κατὰ τὴν τῆς μητρὸς ἐντολήν. — Ejusdem generis additamentum apud Philonem, in Flaccum §. 9. T. VI. p. 50 ed. Richt., deprehendisse nobis videmur: Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μυρίους, ὧν λύτρα κατατιθέασι συγγενεῖς ἢ φίλοι, μεθίενται (hostes) τῶν δοριαλώτων, ἴσως μὲν ἀκαμπεῖς ὄντες πρὸς ἔλεον, ἡττώμενοι δὲ φιλαργυρίας. ['Αλλὰ τί τοῦτο; φαίη τις ἄν. Τοῖς γὰρ εὖ πάσχουσιν ἀδιαφορεῖ τῆς σωτηρίας ὁ τρόπος.] Ἤδη δὲ καὶ τοὺς πεσόντας ἐν πολέμῳ τῶν ἐχθρῶν ταφῆς ἀξιοῦσιν κ. τ. λ.. Verba, quae uncis appositis notavi, disputationis cursum impediunt. Si abessent, reliqua aptissime cohaererent. Quidni deleantur? Sunt enim lectoris scriptorem, non, ut assolet, explicantis aut laudantis, sed contra reprehendentis. Nimirum significare voluit, quae dixerat Philo: ἴσως μὲν ἀκαμπεῖς ὄντες πρὸς ἔλεον, ἡττώμενοι δὲ φιλαργυρίας, sua quidem sententia parum ad rem pertinere.

Cap. XIX. §. 9.. P. 36. l. 23 ἱερά τε πάτρια βαστάσας οἴκοι φερόμενος.] Ernestius: » Utrumque est *auferens.* Vereor ne φερόμενος sit glossema." — Itaque Dindorfius vocem uncis inclusit. Quod utinam simul docuissent, quanam igitur ratione βαστάσας οἴκοι explicanda censerent. Nam *domum asportans* significare, quemadmodum voluit Hudsonus, ne si omnes quidem asseverarent philologi, credere possem. In codd. Samb. et Cas. pro οἴκοι margini adscriptum est οἴχῃ. Hoc ego verum esse, reliquisque

intactis recipiendum, non dubito contendere. Nimirum οἴχη Φερόμενος arcte conjungenda sunt, neque vertenda: *et sacra patria auferens discedis auferens*, sed: *sacrisque patriis ablatis discedis ruens*. Monuit de hoc usu participii Φερόμενος jam pridem Hermannus ad Viger. p. 778, duobusque eum exemplis Herodoteis VIII. 91 et IX. 102 confirmavit. Adde Xenoph. Cyrop. III. 33. Plutarch. Vit. Eumen. c. 6 et Vit. Pompeji c. 60.

Cap. XIX. §. 9.. P. 36. l. 31 ἀπελογεῖτο, μὴ μόνῳ] In Regg. a. b aliisque haec addita leguntur: ἀπελογεῖτο, μνήμῃ πατρὸς καὶ πατρίδος καὶ πάντων τῶν οἴκαδε ἐρωτηκέναι τὸν Θεὸν, τὸν δὲ ἐπιτρέψαι, αὐτῷ δὲ μὴ μόνῳ (Reg. a μόνον) πατρίδος κ. τ. λ.. Glossatoris haec esse nemini persuadebit Hudsonus, dummodo recte intelligantur. Ac fuit quidem, quum mutila esse suspicarer, sic fere explenda: μνήμῃ πατρὸς καὶ πατρίδος καὶ πάντων τῶν οἰκείων οἴκαδε ἀπελθεῖν ποθοῦντα ἐρωτηκέναι τὸν Θεὸν κ. τ. λ. vel simile. Nunc autem non dubito, quin πάντων τῶν οἴκαδε neutro genere sit accipiendum. Deinde μνήμῃ τῶν οἴκαδε dictum est, ut apud Xenoph. Cyrop. I. 3. 4. ἵνα ἧσσον τὰ οἴκαδε ποθοίη. Contraria ratio obtinet De B. J. I. 31. 4 καὶ σαφὲς μὲν οὐδὲ ἐκεῖ τι τῶν οἴκοθεν ἀπηγγέλλετο· ubi paulo ante legitur ὁ δὲ ἤδη μὲν ὑπενόει τὰς οἴκοι συμφοράς. Quae omnia quomodo differant inter se, et intelligitur facillime, et hodie quidem notissimum est. Addo locum Antt. IX. 4. 4. p. 340. l. 51 καθεζόμενος δ' οἴκαδε παρ' ἑαυτῷ σὺν τοῖς μαθηταῖς ἐμήνυσεν αὐτοῖς κ. τ. λ.. Vertam: *pro se respondit Jacobus, recordatione se patris et patriae et omnium, quae domi essent, Deum interrogasse* (nempe: liceretne abire).; *hunc autem permisisse. Neque vero sibi soli patriae amorem indidisse Deum* caet.

Cap. XIX. §. 9.. P. 36. l. 51 καὶ ἅ τις ἐχθρὸς ἔφυγεν ἄν.] Ita e collat. sua Bigot. Hudsonus. In edd. erat: καὶ

ἅ τις ἂν ἐχθρὸς ἔφυγε. E Reg. b laudatur: καὶ ἅ τις ἂν ἔπαθεν ἐχθρός· sed de reliquis ἔφυγεν ἄν, utrum servet, an immutata praebeat, an denique omittat, nihil omnino constat. Forte legendum: καὶ ἅ τις ἂν ἔπαθεν ἐχθρὸς ὤν.

ANTT. JUD. LIB. II.

Cap. II. §. 3.. P. 41. l. 45 Τὸν γὰρ ἥλιον ἔδοξε, τὴν σελήνην παραλαβόντα καὶ τοὺς λοιποὺς ἀστέρας, ἐπὶ τὴν γῆν κατελθεῖν καὶ προσκυνεῖν αὐτῷ.] Ernestius: »Ita omnes libri; ita compilatores Josephi. Sed Philo, quem prae oculis habuit Josephus, ἕνδεκα, quod et sacri libri et sequentia requirunt. Sed quomodo inde τοὺς λοιποὺς ortum sit, non apparet. Scire velim, qui sint οἱ λοιποὶ ἀστέρες. Forte signa Zodiaci intelligit; nam haec ipse ἀστέρας vocat, III. 7. 7. etc." — Mihi quidem satis superque videtur constare, verba καὶ τοὺς λοιποὺς ἀστέρας corrupta non esse. Illud quoque pro certo ponere licet, nihil aliud Josephum, quam quod in V. T. legitur narrare voluisse. Neque igitur cum Philone discrepat; etsi hoc quidem nihil ad rem. Nam hujus ab eo verba (de Josepho §. 2) respici, temere Bernardo credidit Ernestius. Jam tria sunt maxime, quae loci intelligentiam impediunt. Primum id cuivis mirum accidat, necesse est, cur non simpliciter καὶ ἕνδεκα ἀστέρας dixerit Josephus; deinde, quid ita solem et lunam in stellarum numero reposuerit; denique, quod non de undecim tantum, sed de omnibus omnino stellis loqui videatur. Horum duo postrema facillime dissolvuntur. Adjectivum ἄλλος multo saepissime sic usurpatur a Graecis, ut *praeterea* vertendum sit, quae quidem res notior est, quam ut exempla proferri debeant. Unum adscribam Luciani locum, de Judic. Vocal. §. 2

ὑπὸ τῆς μετριότητος, ἣν ἴστε με Φυλάσσοντα πρός τε ὑμᾶς, καὶ τὰς ἄλλας συλλαβάς· tum quia non inutiliter cum flaviano comparari potest, tum quod ad eum Fritzschius, Quaestt. lucian. p. 52 multa similia collegit. Eodem igitur modo Josephum hic λοιπὸς posuisse putem, ut id *caeterum* denotaret. Nec vero quod primo loco commemoravi difficilius est ad explicandum. Nempe imprudens ita locutus est Josephus, quasi res, quam narraret, lectoribus haud omnino ignota esset. Qualia quidem vel optimis scriptoribus nonnunquam accidisse, constat inter omnes. En igitur loci interpretationem: *Nam visus est ei sol, adhibitis luna et caeterum stellis* iis, quas tum adhibitas fuisse, nemo nescit, *in terram descendere* caet.. Operae pretium est conferre 2 Epist. petrin., III. 16 ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσι, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν· quae verba easdem plane habent dubitationes, quibus eodem modo occurrendum est. Vertam: *sicut caeterum libros etiam V. T. detorquent*. Hoc voluit scriptor, mirandum non esse, quod homines isti Pauli dicta detorquerent; quippe qui in reliquis rebus omnibus eadem uterentur perversitate, atque adeo scripturas depravare non vererentur. Non igitur τῶν γραφῶν nomine quidquam aliud intellexit, quam quod eo temporibus illis vulgo solebat intelligi; nec vero Pauli epistolas, quas tamen maximi faciebat, in eodem numero habuit, atque τὰς γραφὰς, haud magis quam Josephus solem et lunam stellas nuncupasse censendus est. De adject. λοιπὸς ejusque cum ἄλλος similitudine, haec praeterea loca lectoribus exploranda commendo: Joseph. Antt. IX. 13. 3. p. 363. l. 32 Καὶ οἱ μὲν ἔθυόν τε καὶ ὡλοκαύτουν, οἱ δὲ Λευῖται — ᾖδον ὕμνους εἰς τὸν Θεὸν καὶ ἔψαλλον ὡς ἐδιδάχθησαν ὑπὸ τοῦ Δαυΐδου, οἱ δὲ λοιποὶ ἱερεῖς βυκάνας ἔχοντες ἐπεσάλπιζον τοῖς ὑμνῳδοῦσιν. Antt. XV. 33. p. 578. l. 23 καὶ πρὸς εὐφροσύναις αὐτός τε καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος ἦν. De B. J. I. 15. 6 Αὐτοὺς μὲν οὖν ἀπολύει λαβὼν, Ῥωμαῖοι δ' εἰςπεσόντες τὸ λοιπὸν ἄστυ διήρπαζον κ. τ. λ..

Xenoph. M. S. II. 1. 4 Οὐκοῦν ὁ οὕτω πεπαιδευμένος ἧττον ἂν δοκεῖ σοι ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων ἢ τὰ λοιπὰ ζῶα ἁλίσκεσθαι; Plutarch. Sympos. quaestt. I. 2. 2. p. 615. F. Καὶ γὰρ δὴ Παῦλον Αἰμίλιον στρατηγὸν λέγουσιν, ὅτε Περσέα καταπολεμήσας ἐν Μακεδονίᾳ πότους συνεκρότει, κοσμῷ τε θαυμαστῷ περὶ πάντα καὶ τῇ λοιπῇ τάξει χρώμενον, εἰπεῖν κ. τ. λ.. Conferantur etiam Ciceronis haec, de Senect. §. 72 *Sed vivendi est finis optimus, quum integra mente ceterisque sensibus opus ipsa suum eadem, quae coagmentavit, natura dissolvit;* et Suetonii, Vit. Jul. Caes. cap. 4 *Nam comites servosque ceteros initio statim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat.*

Cap. III. §. 1.. P. 45. l. 18 Ἴδια γὰρ ἦν αὐτῶν κ. τ. λ..] Ernestius: »Non recte se habet hic locus. Pro ἦν cod. Bigot. εἶναι, non male. Sed tamen etiam vulgatum explicari potest, quia et ante finite loquitur, et Josephus amat variare orationes tales e directa in obliquam et contra; vide v. g. IV. 2. 2, nisi quod potius esse debebat ἐστί. In seqq. vereor, ne καλῶς ἔχειν sit glossema τοῦ προσήκειν. Constructio est: προσήκειν οὖν αὐτοὺς νομίζειν, τὴν ὀργὴν (sc. τοῦ Θεοῦ) καὶ διὰ τοῦτο χαλεπωτέραν ἔσεσθαι. Vel deleto προσήκειν sic: τὴν ὀργὴν οὖν." — Dindorfius εἶναι pro ἦν recepit; quod factum probo. Nam cod. ille Bigot., quem εἶναι praebere dicit Ernestius, est Reg. a, cujus auctoritas est vel maxima. Vulgatum non modo defendi, sed ne ferri quidem posse, mox intelligetur. Idem Dindorfius καλῶς ἔχειν uncis inclusit, ut priorem Ernestii conjecturam haud improbare videatur. Mihi neque καλῶς ἔχειν, neque προσήκειν sollicitandum videtur, in scriptore praesertim cujus oratio, non copia verborum floret, sed redundantia laborat. Vel hoc ipso loco, quam brevi spatio et ὑπολαμβάνειν et νομίζειν usurpavit. Vide ad cap. 9. §. 4. Itaque, non nisi οὖν mutato in οὗ, sic locum constituam: Ἴδια γὰρ εἶναι αὐτῶν ὑπολαμβάνειν ὅσα Θεὸς Ἰωσήπῳ δώσει προσήκειν· οὗ τὴν ὀργὴν καὶ διὰ τοῦτο αὐτοὺς

καλῶς ἔχειν χαλεπωτέραν ἔσεσθαι νομίζειν, κ. τ. λ.. Priora sic ordinanda sunt: Προσήκειν γὰρ ὑπολαμβάνειν ἴδια εἶναι αὐτῶν ὅσα Θεὸς Ἰωσήπῳ δώσει· οὗ (sc. τοῦ Θεοῦ) τὴν ὀργὴν κ. τ. λ.. Si quis autem putet, pronomen οὗ longius a Θεὸς distare, conferat velim hujus ipsius libri cap. 6. §. 8. p. 56. l. 8, ubi ὃς referendum est ad τοῦ πατρὸς, quod tribus ante versibus legitur. Idem fere obtinet Antt. IV. 2. 1. p. 114. l. 36, qui tamen locus corruptelam suscepit. Verba haec sunt: ὑφ' ἧς (στάσεως) ἅπαντας ἀπολέσθαι κινδυνεύσαντας ἔσωσε Μωϋσῆς, οὐ μνησικακῶν ὅτι παρ' ὀλίγον ἦλθε καταλευσθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἀποθανεῖν. Οὐδ' ὁ Θεὸς δὲ ἠμέλησε τοῦ μηδὲν αὐτοὺς παθεῖν τῶν δεινῶν κ. τ. λ.. Attente singula considerantibus mirari subeat necesse est, cur non disertius indicaverit Josephus, qua ratione Moyses populum periculo liberasset. Jam Vet. int. sic locum vertit: *pro qua omnes deserendos a Deo atque perditionis periculum suscepturos eripuit Moses, oblitus malorum, licet paulo minus ab iis fuisset occisus.* Pro cujus precibus *Deus nihil mali eos sustinere permisit* caet. Vide igitur, an sic fere legendum sit: ... ἀποθανεῖν· οὗ (sc. Μωϋσέως) διὰ τὰς εὐχὰς οὐδ' ὁ Θεὸς ἠμέλησε κ. τ. λ.? — Relativum minus eleganter positum etiam loco Antt. XI. 6. 10. p. 424. l. 11 nocuisse videtur: Ἀμάνου προάγοντος καὶ κηρύσσοντος ὅτι ταῦτ' ἔσται παρὰ τοῦ βασιλέως ὃν ἂν στέρξῃ καὶ τιμῆς ἄξιον δοκιμάσῃ. Sic codd., nisi quod Busb. habet: βασιλέως τῷ ὃν ὁ βασιλεὺς στέρξῃ. Hinc ediderunt Hudsonus: βασιλέως αὐτῷ, ὃν ἂν στέρξῃ, Dindorfius: βασιλέως τούτῳ ὃν ἂν στέρξῃ. Neutrum placet. Corrigendum arbritor: βασιλέως· ᾧ ἂν στέρξῃ. Conf. p. 423. l. 41.

Cap. III. §. 2.. P. 43. l. 29 Καὶ γὰρ ἀμυνομένοις κ. τ. λ..] Ernestius locum corruptum esse pronuntiavit; nec quisquam aliter sentire potest. Difficilior multo quaestio est, quomodo sit emendandus. Quod quum ille ne tentasset quidem, Dindorfius post πρῶτον lacunae signum posuit.

At quaenam igitur exciderint, nihil prorsus intelligo. Itaque viri praestantissimi rationem nec rejicere audeo, nec possum probare; exspectandumque existimo, dum ipse aliquando sententiam accuratius explicet. Dicam nihilominus, quid mihi venerit in mentem, non quo certum exploratumque praestare ausim, sed quia fortasse aliis ad verum investigandum prodesse poterit. Notabilis igitur est lectio Reg. b, qui pro ἀμυνομένοις habet ἄμεινον μὲν οἷς· qua lectione recepta, vide ne reliqua sic fere constituenda sint: Καὶ γὰρ ἄμεινον μὲν ἂν οἷς παρήνεσε τὸ πρῶτον πεπεῖσθαι λέγων αὐτοὺς, ἐπεὶ δ' ἐκράτησαν ὥστ' ἀνελεῖν τὸν ἀδελφὸν, οὐκ ἔσεσθαι σφόδρα κακοὺς οἷς νῦν παραινεῖ πεισθέντας ἔλεγεν· ἐν γὰρ κ. τ. λ.. — Vocula ἂν post μὲν necessario fuit addenda: Antt. VII. 10. 2. p. 265. l. 11 καὶ πεντήκοντα σίκλους ἂν αὐτῷ δεδωκέναι τοῦ στρατηγοῦ φήσαντος. Ibid. XI. 6. 11. p. 424. l. 32 οὐ γὰρ ἂν ἠνωχληκέναι αὐτῷ, εἰ κ. τ. λ.. — Dictio ἄμεινον ἂν πεπεῖσθαι αὐτοὺς insolentior est, et latinismum redolet; *melius eos obtemperaturos fuisse*, pro *melius eos facturos fuisse*, *si obtemperassent;* sed haec ipsa causa potuit esse, cur locus corrumperetur. — Verbis οἷς παρήνεσε τὸ πρῶτον πεπεῖσθαι accurate respondent l. 32 οἷς νῦν παραινεῖ πεισθέντας, ut vix dubitari possit, quin illa, aeque atque haec, certissima sint. — De totius comprehensionis structura cf. Antt. VII. 9. 3. p. 266. l. 41. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τοῦ μὴ μετὰ Σιβᾶ πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν ἐκείνῳ πάντα χαρίσασθαι φήσας, αὐτῷ δὲ συγγινώσκειν ὑπέσχετο. — Denique ad λέγων — ἔλεγεν quod attinet, ejusdem verbi repetitio est illa quidem ingrata, sed tamen locum uno tenore legentes vix eam aut ne vix quidem animadvertemus. Quid, quod ejusmodi negligentia non abhorret a more flaviano. Conf. quae ad III. 8. 9 et alias dicturi sumus. Hic autem inprimis est adhibendus Antt. XVI. 10. 8. p. 647. l. 25 Πρὸς δὲ τὸ παράδοξον Καίσαρος ἐνδόντος αὐτὸν ἀκροατὴν, τὸ δάνειον εἰπὼν τῶν πεντακοσίων ταλάντων καὶ τὴν συγγραφὴν, ἐν ᾗ καὶ τοῦτο ἦν προσγεγραμμένον, ἐξεῖναι τῆς προθεσμίας

παρελθούσης ῥύσια λαμβάνειν ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας, » τὴν μὲν στρατείαν οὐκ ἐπιστρατείαν ἔλεγεν, ἀλλὰ κ. τ. λ..

Opinio, majore piaculo teneri, qui caedem sua ipsorum manu perpetrassent, sanguinemque effudissent, quam qui alio quo modo mortis alicui causa exstitissent, non tantum Genes. XXVII. 22, quem hic locum ante oculos habuit Josephus, sed alibi quoque apud veteres reperitur; cf. v. c. Sophocl. Antig. vs. 769 seqq., ibique schol., vs. 878, ubi item vid. schol., cujus extrema verba haec sunt: Φησὶ διὰ τὸ μὴ χερσὶν αὐτὴν ἀνῃρηκέναι. Trachin. vs. 1204.

Cap. IV. §. 4.. P. 45. l. 51 καὶ Φόβον τοῦ κατάΦωρον γενέσθαι, ἀλλὰ χάριν τοῦ λαθεῖν ἀγνοουμένου τοῦ κακοῦ,] Quatuor Mss., in iisque Reg. a praebent: τοῦ μὴ κατάΦωρον γενέσθαι. Recepit lectionem Richterus. Recte. Conf. Antt. XIV. 10. 2. p. 544. l. 38 αὐτὸν δὲ ἔλεγε Φόβῳ τοῦ μὴ πρὸς ἄλλους μεταστῆναι τὴν ἀρχὴν κ. τ. λ. De B. J. II. 14. 1 δέει τοῦ μὴ τὰ αὐτὰ παθεῖν. Videntur autem Φόβος τοῦ κατάΦωρον γενέσθαι, nam et hoc quoque per se probum est, et Φόβος τοῦ μὴ κατάΦωρον γενέσθαι sic fere differre, ut illud sit: *metus, ne deprehendatur;* hoc *metus, ne forte deprehendatur.* — Verum ne sic quidem locus ab omni parte sanus est, quod vel sola Hudsoni versio declarat. Forte legendum: καὶ Φόβον τοῦ μὴ κατάΦωρον γενέσθαι, ἀλλ' οὐ χάριν τοῦ λαθεῖν ἀγνοουμένου μόνον τοῦ κακοῦ.

Cap. V. §. 6.. P. 49. l. 27 ὡς τὴν τούτων εὐΦορίαν τῶν ἐτῶν ὑπὸ τῆς μετὰ τοσοῦτον ἀριθμὸν ἴσον ἀΦορίας ὑπαναλωθῆναι.] Ἴσον ab Havercampio receptum est, habentque Reg. a. et Samb. Antea legebatur ἴσων, quod revocavit Dindorfius. Codd. Hen. et Busb. praebent: καὶ τὴν τούτων εὐΦορίαν ὑπὸ τῶν μετὰ ταῦτα ἴσων ὑπαναλωθῆναι. Coccejus pro ἴσων conjecit ἐτῶν. Mihi in mentem venit: ὡς τὴν τούτων εὐΦορίαν τῶν ἐτῶν ὑπὸ τῆς μετὰ ταῦτα ἐτῶν ἀριθμὸν ἴσων ἀΦοριάς ὑπαναλωθῆναι. — ἈΦορία ἐτῶν ἀρι-

θμὸν ἴσων est: *sterilitas annorum numero parium*, i. e. *totidem annorum*. Conf. Antt. VII. 3. 3. p. 242. l. 34 Ἐποιήσατο δὲ καὶ παῖδας ἕνδεκα ἀριθμὸν,. οὓς κ. τ. λ.. Dicitur etiam τὸν ἀριθμόν. Antt. VIII. 13. 5. p. 322. l. 17 εἰπὼν ὅσοι τὸν ἀριθμὸν εἴησαν. Ibid. XI. 6. 2. p. 418. l. 24 τετρακόσιαι τὸν ἀριθμὸν οὖσαι. Quibus locis ad De B. J. III. 2. 2 expediendum utamur: ἕως ἀνῃρέθησαν μὲν μύριοι τῶν Ἰουδαίων ἀριθμὸν ἄνδρες. Duo codd. μύριοι τὸν ἀριθμὸν Ἰουδαῖοι ἄνδρες. Legam: μύριοι τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες· ut tum Ἰουδαῖοι, tum Ἰουδαίων pro glossemate sit habendum.

Cap. VI. §. 4.. P. 52. l. 2 ὥσπερ οὐκ αὐτῶν ταῦτα ψηφισαμένων] Ernestius: » Vertunt: *ut qui non secum reputassent;* nempe satis cogitassent, quamquam Rubene monente. Sed magis placet οὐκ deleri et verti cum Gelenio: *auctores essent* etc. Sic ψῆφος Θεοῦ, *auctoritas*, *voluntas divina*, Lib. III. 2. 2.''— Negationem sustulit Dindorfius. — Quidni legatur: ὥσπερ οὖν αὐτῶν ταῦτα ψηφισαμένων? Explicem: *quemadmodum consentaneum erat, pudore eos ac poenitentia frangi, quum ipsi haec decrevissent*, i e. facere statuissent. Videtur autem hic usus voculae οὖν latius patere, quam quis opinetur. Antt. XVI. 7. 6. p. 636. l. 10 Οὗτος ὑπὸ χρείας οὖν τινὸς ἐλθὼν ὡς τὸν Ἡρώδην λ. τ. λ.. Dindorfius οὖν suspectum habet; nec ego ad illud defendendum talibus abutar: Philo, Leg. alleg. III. §. 58. T. I. p. 171 Καὶ ἐπὶ τοῦ μάννα οὖν, καὶ ἐπὶ πάσης δωρεᾶς, ἣν ὁ Θεὸς δωρεῖται τῷ γένει ἡμῶν, καλὸν κ. τ. λ... Id., De incorr. mundi §. 17. T. VI. p. 23 Εἰ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν οὖν τὸν κόσμον ἀναλύεσθαι φῶμεν, ἄνθραξ κ. τ. λ., quorum longe alia ratio est. Neque enim differunt ab eo genere, quod οὖν tertia sententiae sede positum habet. Antt. II. 9. 3. p. 62. l. 33 Καὶ πρὸς ἱκετείαν τοῦ Θεοῦ τρέπεται. Codd. alii aliud. Quo magis Reg. a obtemperandum censeo, scribendumque: Πρὸς ἱκετείαν οὖν τοῦ Θεοῦ τρέπεται. Rem et notissimam, nec per se

magni momenti, non attigissem, nisi ad locum Philonis satis difficilem redintegrandum facere visa esset. De special. legg. §. 5. fin. T. V. p. 70 Αἱ γὰρ αὖθις καταλλαγαὶ μηνύματά εἰσι τοῦ ἑκατέρων θανάτου. Δίκην οὖν τινέτω σὺν τῇ γυναικί. Quid alii statuerint, nescio: nam praeter Richterianam editionem sola mihi Pfeifferiana praesto est; haec autem ultra librum de Abrahamo non progreditur: sed ista τοῦ ἑκατέρων θανάτου non possunt intelligi. Legam: Αἱ γὰρ αὖθις καταλλαγαὶ μηνύματά εἰσί που ἑκατέρων. Θανάτου δίκην οὖν τινέτω σὺν τῇ γυναικί. Vertam: *Nam quod rursus in gratiam redierunt, est id opinor utriusque indicium. Mortis igitur poenam luat una cum muliere.* Ἑκατέρων intellige *utriusque peccati*, μοιχείας et προαγωγείας. Plurali usus est Philo, quod μοιχείαν et προαγωγείαν quasi pro generibus habebat, quorum unumquodque plures haberet variasque formas: cf. Quis rer. div. her. §. 35. fin. T. III. p. 39 Ἡ δὲ ἑτέρα πεντὰς ἐστὶν ἀπαγόρευσις μοιχείας, ἀνδροφονίας, κλοπῆς, ψευδομαρτυρίας, ἐπιθυμίας. Οὗτοι γενικοὶ σχεδὸν πάντων ἁμαρτημάτων (perperam Mangejus, an quis alius conjecit: διαταγμάτων) εἰσὶ κανόνες, ἐφ' οὓς ἕκαστον ἀναφέρεσθαι τῶν ἐν εἴδει συμβέβηκεν. (Obiter moneo, in subsequentibus pro ἐκέλευσεν ὄντως ἱερουργεῖν legendum videri ἐκέλευσε δεόντως ἱερουργεῖν.) Quodsi autem correctio, quam proposuimus, vera est, haud temere ex hoc loco colligitur, Judaicos doctores sanxisse, ut, qui adversus legem Deuter. XXIV. 4. fecissent, capite plecterentur. Sed ad locum ex Antt. lib. XVI redeamus. Libenter concedo, si hoc dicere voluisset Josephus: *Hic igitur, quum ad Herodem negotii cujusdam perficiendi causa venisset*, caet., necessario eum Οὗτος οὖν ὑπὸ χρείας τινος scribere debuisse. Sed vide, ne οὖν arcte cum χρείας sit conjungendum. Ita Josephus, quum causam, quamobrem ad Herodem venisset Syllaeus, ignoraret, additio οὖν significare voluit, se non nisi suspicionem prodere, quam tamen lectoribus satis probabilem visum iri confideret. — Juvat et alia non-

nulla loca, tum Josephi, tum aliorum, tractare, quae, licet et inter se et ab iis, quae modo commemoravimus, aliquantum differant, non dubito tamen, quin sub eodem genere contineantur. Illud quidem certe commune habent, quod iis vocula οὖν restituenda est. Joseph., de B. J. V. 6. 2 Καῖσαρ .... παροξύνεται πρὸς τὴν πολιορκίαν, ἅμα τε συντάγμασι δῄουν τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἠφίει, καὶ συμφέροντας ἐκέλευσε τὴν ὕλην ἐγείρειν χώματα. Hudsonus pro ἅμα τε συντάγμασι conjecit: ἡγεμόνα σὺν τάγμασι. Cardwellus edidit: ἅμα τε τοῖς τάγμασι. In octo codd. exstat ἅμα τε σὺν τοῖς τάγμασι. Mirum, ni scripsit Josephus: ...πολιορκίαν· ἅμα τε οὖν τοῖς τάγμασι. — Philo, Leg. alleg. II. §. 21 fin. T. I. p. 113 Τὸ δὲ γενικώτατόν ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ δεύτερος ὁ Θεοῦ λόγος, τὰ δὲ ἄλλα λόγῳ μόνον ὑπάρχει, ἔργοις δ' ἔστιν οὗ ἴσον τῷ οὐχ ὑπάρχοντι. Pro οὗ legendum esse οὖν rectissime monuit Mangejus. Scribendum igitur: ἔργοις δ' ἐστὶν οὖν ἴσον τῷ οὐχ ὑπάρχοντι. Ad ἴσον quod attinet, videtur singularis distributive post pluralem inferri, ut sensus sit: *revera autem quidque par esse intelligitur ei, quod non est.* Conf. De mutat. nom. §. 37. T. III. p. 198 τῶν δὲ θείων δογμάτων οἱ μὲν ἀκούουσιν ἐπ' ὠφελείᾳ, οἱ δ' ἐπὶ βλάβῃ α ὐ τ ο ῦ τε καὶ ἑτέρων. Quodsi cui haec ratio durior videatur, aut ἴσα legat, aut ἕκαστον ante ἴσον inserat. — Plutarch. Reipubl. ger. praec. c. 18. p. 814. B. Καὶ καρπὸν οὐκ ἐκ φιλίας ἡγεμονικῆς λαμβάνοντες, οἷον ἔλαβε Πολύβιος καὶ Παναίτιος τῇ Σκιπίωνος εὐνοίᾳ πρὸς αὐτοὺς μέγαλα τὰς πατρίδας ὠφελήσαντες, εἰς εὐδαιμονίαν ἐξενέγκασθαι καλόν. Wyttenbachius conjecit: καὶ καρπὸν ἐκ φιλίας ἡγεμονικῆς λαμβάνοντας, οἷον — ὠφελήσαντες, εἰς δημοσίαν εὐδαιμονίαν ἐξενέγκασθαι καλόν. Primum οὐκ non deleam, sed scribam potius: καὶ καρπὸν οὖν ἐκ φ.. Joseph. Antt. II. 6. 5. p. 52. l. 36 Καὶ τοῦ πάθους οὖν χείρονος κ. τ λ., tametsi haec non ab omni parte similia sunt. Tum λαμβάνοντας pro λαμβάνοντες rescribi oportere, dubio vacat. Denique quod εἰς δημοσίαν εὐδαιμονίαν proposuit vir prae-

stantissimus, magnam sine dubio gratiam apud omnes inivit; nam intelligentiam loci haud parum adjuvit: sed vereor tamen, ut quidquam mutari opus sit. Tantum distinguam: ... τὰς πατρίδας ὠφελήσαντες εἰς εὐδαιμονίαν, ἐξενέγκασθαι καλόν. Dictionem ὠφελεῖν τὴν πατρίδα εἰς εὐδαιμονίαν ut exemplis confirmem, nemo requirat. Vide tamen Vit. M. Caton. maj. c. 2. fin.. Ἐξενέγκασθαι, sc. αὐτὸν, τὸν καρπὸν, significat *proferre*, i. e. non sibi soli servare, sed palam omnibus fruendum concedere. Eadem proferendi, seu mavis exserendi notione, licet non eadem vi, nam sententiarum ratio differt, ἐκφέρεσθαι legitur apud Sophocl. Trachin. vs. 497 Μέγα τι σθένος ἁ Κύπρις ἐκφέρεται νίκας ἀεί. (Neque non comparari possunt tum ejusdem ἐκφέρεσθαι κλέος Electr. vs. 60, tum Philonis, De special. leg. §. 5. T. V. p. 70 μαλακίας καὶ ἀνανδρίας ἐκφερέσθω δόξαν. De legat. ad Caj. §. 35. T. VI. p. 128 περιεργίας ὁμοῦ καὶ προπετείας καὶ θράσους ὑπόληψιν ἐξενεγκάμενος. Ibid. §. 36 p. 130 ἵνα μὴ τὴν ἐναντίαν δόξαν ἐξενέγκηται (τὸ ἔθνος) τῆς ἀληθείας. Ibid. §. 41. p. 139 προδοσίας ἐξοίσομαι δόξαν· quibus in locis omnibus praep. ἐκ id, quod palam fiat, videtur denotare: *palam*, i. e. *apud omnes consequi.*) Locum Plutarchi sic explicem: *et fructum igitur ex principum virorum amicitiis percipientes, qualem perceperunt Polybius et Panaetius, qui Scipionis favore magnum patriae uterque suae ad felicitatem attulit emolumentum, decorum est, eum* (quem quis perceperit fructum) *ad omnium usum proferre.* — Ejusdem Non posse suaviter vivi sec. Epic. c. 3. p. 1088. C. ὡς τῆς φύσεως ἄχρι τοῦ λῦσαι τὸ ἀλγεινὸν αὐξούσης τὸ ἡδὺ, περαιτέρω δὲ προελθεῖν· οὐκ ἐώσης κατὰ μέγεθος, ἀλλὰ ποικιλμούς τινας οὐκ ἀναγκαίους, ὅταν οὐκ ἐν τῷ μὴ πονεῖν γένηται, δεχομένης. In verbis: ὅταν οὐκ ἐν τ. μ. π. γ. negatio nullo modo ferri potest. Legendum arbitror: ὅταν οὖν ἐν τ. μ. π. γ.. Conf. Joseph. Antt. XIX. 1. 12. p. 740. l. 30 εἴ τις οὖν αὐτὸν Αἰγύπτιος κτείνειε. Additis ὅταν οὖν ἐν τῷ μὴ πονεῖν γένηται, indicat

Plutarchus, quo jure ποικιλμοὺς istos non necessarios vocasset; nam doloris vacuitate, id quod ipse Epicurus contendebat (οὖν), summa jam voluptas constabat.

Cap. VI. §. 8. P. 56. l. 12 πυθόμενος δὲ ἀπολωλότας καὶ τὴν αἰτίαν, ὑπομενεῖ διὰ ταύτην πολὺ μᾶλλον τὸν βίον καταλιπεῖν· καὶ τὸ ἄδοξον κ. τ. λ..] Sic Hudsonus, ut habent edd. Bas. et Gen., nisi quod ὑπομενεῖ e codd. pro ὑπομένειν reposuit. Bernardus ediderat: καὶ τὴν αἰτίαν οὐχ ὑπομεινεῖ, διὰ γὰρ ταύτην. Rectissime Dindorfius e codd. Samb. et Vat. pro καὶ τὴν αἰτίαν ὑπομενεῖ recepit: καὶ δι' ἣν αἰτίαν, οὐχ ὑπομενεῖ. Idem sequentia sic constituit, ut primum, non διὰ γὰρ ταύτην, quod in iisdem codd. et Reg. a dicitur exstare, sed διὰ ταύτην γὰρ scriberet, ratus, ut opinor, sententiam flagitare, ut ταύτην emphasin haberet. Verum nihil videtur obstare, quominus ταύτην, tertio loco positum, tamen cum vi quadam efferatur. Antt. V. 8. 11. p. 182. l. 5 vulgo legitur: παρεγγυήσαντος μὴ ἀποκείρειν τοῦ Θεοῦ· τὴν γὰρ ἰσχὺν εἶναί μοι κατὰ τὴν ταύτης (τῆς κόμης) αὔξησιν καὶ παραμονήν. Verba τὴν γὰρ ἰσχὺν non recte priorem locum occupare nemo admonitus non sentiet. Quare alteram lectionem: ...τοῦ Θεοῦ· κατὰ γὰρ τὴν ταύτης αὔξησιν καὶ παραμονὴν τὴν ἰσχὺν εἶναί μοι, licet e quonam libro sumpta sit per editorum negligentiam ignoretur, tamen praeferendam esse non dubito asseverare. De B. J. III. 8. 2 Οὐ μὴν ἔπειθον· ἐκ γὰρ ὧν εἰκὸς ἦν κ. τ. λ.. Contra Apion. II. §. 23. ...εἶθ' ὑπὲρ ἑαυτῶν. Ἐπὶ γὰρ κοινωνίᾳ γεγόναμεν κ. τ. λ.. — Deinde verba διὰ γὰρ ταύτην πολὺ μᾶλλον τὸν βίον καταλιπεῖν spuria sibi videri significavit Dindorfius. Hoc vero nullo modo concedere possum. Putem potius post καταλιπεῖν nescio quid verbi excidisse, v. c. ἐθελήσει, vel βουλήσεται, vel ἐπιθυμήσει. Quod si probaveris, hac tibi erit interpunctione utendum: πυθόμενος δὲ ἀπολωλότας καὶ δι' ἣν αἰτίαν, οὐχ ὑπομενεῖ. Διὰ γὰρ ταύτην πολὺ μᾶλλον τὸν βίον καταλιπεῖν (ἐθελήσει), καὶ

τὸ ἄδοξον κ. τ. λ.. At sic ter eadem fere dicit Josephus. Huic reprehensioni mox infra ad cap. 9. §. 4 plane me satisfacturum esse confido. Interim si quis hanc ipsam paginam relegere voluerit, flavianam orationem non tam sententiis, quam verbis abundare, continuo perspiciet.

Cap. VII. §. 8.. P. 56. l. 38 μᾶλλον αὐτῷ Φαίνεσθαι διδόντα.] Hudsonus: *eo se illustriorem fore.* — Ernestius: » Hoc corruptum est: quomodo corrigam, non reperio.”— Quid si pro αὐτῷ scribatur: αὑτῷ vel ἑαυτῷ? Ἑαυτῷ διδόναι potest significare: *suis ipsius rationibus consulere*: cf. l. 25 σεαυτῷ δίδως. Tum sic ordinanda verba: καὶ (ὑπολαμβάνειν) Φαίνεσθαι μᾶλλον διδόντα ἑαυτῷ, ὅσῳ τις πλείοσι τοῦτο παρέξει. Vertam: *et* (existimare), *quo pluribus hoc* (salutem) *quis praebiturus sit, se sibi magis dantem* (i. e. suis ipsius commodis magis servientum) *conspici*.

Cap. IX. §. 3.. P. 62. l. 51 Ὅσα τε πολεμῶν κατὰ τὴν ἐμὴν, Φησὶ, συμμαχίαν ἠνδραγάθησε, κἂν ἀσεβεῖς εἶναι δόξητε καὶ ὑμεῖς διὰ μνήμης ἔχοντες.] Ernestius: » Verba haud dubie corrupta sunt; neque enim constructio constat. In nonnullis Mss. est ἔχετε. Ita sensus erit: etiamsi impii videamini, tamen meministis. Sed hic sensus non satis convenit. Versio latina (Hudsonianam dicit: *nisi animo esse impio et ingrato videamini, meminisse oportet.*) commodum sensum habet, sed qui non est e Graeco.”— Dindorfius edidit: ... ἠνδραγάθησε [κἂν ἀσεβεῖς εἶναι δόξητε], καὶ ὑμεῖς διὰ μνήμης ἔχετε. Et certe quatuor Mss. ἠνδραγάθησε, καὶ ὑμεῖς διὰ μνήμης ἔχετε habere testatur Hudsonus. Ἔχετε praeterea in Reg. a quoque reperitur. Nihilominus aliam loci expediendi viam quaerendam esse arbitror. Etenim verba: κἂν ἀσεβεῖς εἶναι δόξητε profecto ejusmodi sunt, ut facilius cur in quibusdam libris omissa, quam cur in aliis addita sint, intelligatur. Deinde tantum abest, ut in optimis libris desiderentur, ut etiam in Regg.

a. et b exstare videantur. Nec vero, lectione ... ἠνδραγάθησε, καὶ ὑμεῖς διὰ μνήμης ἔχετε recepta, sententiae satis erit factum: *et quas res bello fortiter gesserit, etiam vos meministis.* Nam quae tandem causa poterat esse, cur quae bello fortiter gessisset Abramus, meminissent Israëlitae, reliqua quae Deus in eum contulisset beneficia, non item? Quid igitur? Nisi me fallit opino, cod. Reg. b, qui habet: κἂν ἀσεβεῖς εἶναι δόξητε, καὶ μὴ διὰ μνήμης ἔχοντες, medelae spem certe aliquam ostendit. Conjeci: ... ἠνδραγάθησε, κἂν ἀσεβεῖς εἶναι δόξαιτε καὶ ὑμεῖς, μὴ διὰ μνήμης ἔχοντες. Vertam: *quaeque bello fortiter gesserit, etiam impii esse videremini etiam vos, si non memoria teneretis.* — De κἂν ἀσεβεῖς εἶναι δόξαιτε cf. Platon. Gorg. p. 470. D. ἀλλ' οὐχὶ κἂν παῖς σε ἐλέγξειεν. — Tum καὶ ἀσεβεῖς sic accipiam: *etiam impii, non ingrati tantum.* Magis autem καὶ ὑμεῖς reprehensum iri praevideo. Potest tamen probabiliter explicari: *etiam vos, licet hoc beneficium ad vos adeo non pertinere videri possit.* Similiter καὶ bis positum habes De B. J. III. 7. 18 προσήκειν γε μὴν καὶ Ῥωμαίοις μετὰ ἀσφαλείας καὶ τὸ νικᾶν, ὡς ἂν οὐκ ἐξ ἀνάγκης πολεμοῦσιν, ἀλλὰ προσχρωμένοις. Quo loco reliqua nullo modo sollicitanda sunt, sed προσχρωμένοις aperte corruptum est. Codd. nonnulli: προσκτωμένοις, quod recepit Cardwellus, videturque in versione secutus esse Hudsonus: *sed ad dominium suum augendum.* Atqui primum προσκτᾶσθαι nude positum, vereor ut significare possit: *regiones acquirere = dominium augere.* Objectum, quod dicitur, diserte expressum est Antt. XIII. 11. 3. p. 510. l. 12 ... καὶ πολλὴν αὐτῶν τῆς χώρας τῇ Ἰουδαίᾳ προσκτησάμενος. De B. J. III. 1. 2 ... προσκτησάμενον δὲ τοῖς ὅπλοις Βρεττανίαν τέως λανθάνουσαν. Deinde sententia laborat. Nam si Romani non, ut dominium augerent, bellum adversus Judaeos gererent, at gerebant, ut dominium, sive imperium confirmarent. Vide igitur, an legendum sit: ὡς ἂν οὐκ ἐξ ἀνάγκης πολεμοῦσιν, ἀλλὰ περιουσίᾳ χρωμένοις. Dictio περιουσίᾳ χρωμένοις idem

valet, atque ἐκ περιουσίας. — Porro μὴ ἔχοντες, pro εἰ μὴ ἔχοιτε dictum, ut explicem aut defendam, neminem a me postulaturum confido. Illud fortassis haud inutile erit monuisse, apodosin similiter conformatam reperiri Antt. II. 6. 4. p. 51. l. 40 πείσαιτ' ἂν (sic enim jure pro πείσετ' ἂν correxit Dindorfius) με ταῦτ' οὕτως ἔχειν, εἰ καταλίποιτε κ. τ. λ..

Cap. IX. §. 4.. P. 63. l. 30 ἔγνω μᾶλλον κ. τ. λ..] Verba τοῦτο δ' ἦν ἄδηλον — ἀλλὰ καὶ αὐτῷ, tanquam insititia, uncis inclusit Dindorfius, idque de Ernestii sententia, cujus haec exstat annotatio: »In verbis τοῦτο δ' ἦν ἄδηλον etc. primum constructio non constat: deinde inest ταυτολογία. Idem enim est in antecedentibus. Forte delenda sunt usque ad καὶ αὐτῷ." — Verum ne hac quidem ratione locus expeditus est. Quid enim participio πεπιστευκὼς faciemus? An πρόνοιαν τοῦ παιδὸς ποιήσασθαι animo repeti placet? At hoc, si modo ferri potest, durissimum videtur. Praestiterat, opinor, πεπιστευκὼς aut in πεπιστευκέναι mutare, aut cum reliquis ejicere. Sed magnopere vereor, ut quidquam loco movendum sit; mutataque tantum interpunctione sic verba constituam: ἔγνω μᾶλλον ἐπὶ τούτῳ ποιήσασθαι τὴν τοῦ παιδὸς σωτηρίαν καί πρόνοιαν, ἢ τῷ λήσεσθαι πεπιστευκὼς (τοῦτο δ' ἦν ἄδηλον) ἐναποκινδυνεύειν οὐ τῷ παιδὶ μόνον κρυφαίως τρεφομένῳ, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ. — Ita primum constructio constabit: ἔγνω μᾶλλον ἐπὶ τούτῳ ποιήσασθαι —, ἢ — ἐναποκινδυνεύειν. Nec vero parenthesis illa, quomodo sit accipienda, cuiquam obscurum esse potest. Ad τοῦτο intellige: εἰ λήσοιτο. Deinde quod his verbis ταυτολογίαν inesse dicit Ernestius, verum id quidem est, sed non eam habet vim, ut de glossemate sit cogitandum. Etenim solet oratio Josephi mirifice redundare, nec pauca sunt loca, ubi sine ullo sententiae detrimento vel dimidiam verborum partem, et plus eo, resecare possis. Veluti hac ipsa §. l. 24 διὰ τὴν τῶν ὠδίνων ἐπιείκειαν καὶ τὸ μὴ βιαίως αὐτῇ προσπεσεῖν

τὰς ἀλγηδόνας, nonne bis idem dixit? Et quidem talia innumerabilia commisit, ut exempla proferre, et difficile sit (nam infinita copia suppetit), et fortasse supervacaneum. Pauca tamen, quae excellere videntur, indicasse haud poenitebit. Ad Antt. I. 1. 4 codicis cujusdam Vaticani mentio fit ab editoribus, in quo codice dici vix potest, quam multa praetermissa sint. Si quis igitur ista deleverit, tum reliqua satis apte cohaerere reperiet, tum nihil magnopere ad narrationis integritatem desiderabit. Exempli gratia:

l. l. p. 5. l. 52 Josephus scripsit:	Cod. Vat. habet:
Ὁμοφωνούντων δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν ζώων ἁπάντων, ὁ ὄφις, συνδιαιτώμενος τῷ τε Ἀδάμῳ καὶ τῇ γυναικὶ, φθονερῶς μὲν εἶχεν ἐφ' οἷς αὐτοὺς εὐδαιμονήσειν ᾤετο πεπεισμένους τοῖς τοῦ Θεοῦ παραγγέλμασιν, οἰόμενος δὲ συμφορᾷ περιπεσεῖσθαι παρακούσαντας, ἀναπείθει κακοήθως τὴν γυναῖκα γεύσασθαι τοῦ φυτοῦ τῆς φρονήσεως, ἐν αὐτῷ λέγων εἶναι τήν τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ διάγνωσιν, ἧς γενομένης αὐτοῖς μακάριον καὶ μηδὲν ἀπολείποντα τοῦ θείου διάξειν βίον. Καὶ παρακρούεται μὲν οὕτω τὴν γυναῖκα τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ καταφρονῆσαι, γευσαμένη δὲ τοῦ φυτοῦ καὶ ἡσθεῖσα τῷ ἐδέσματι καὶ τὸν Ἄδαμον ἀνέπεισεν αὐτῷ χρήσασθαι.	Ὁμοφρονούντων δὲ τότε τῶν ζώων ἁπάντων, ὁ ὄφις, φθονερῶς ἔχων ἐφ' οἷς αὐτοὺς εὐδαιμονήσειν ᾤετο, ἀναπείθει τὴν γυναῖκα γεύσασθαι τοῦ φυτοῦ τῆς φρονήσεως. Γευσαμένη δὴ τοῦ φυτοῦ καὶ ἡσθεῖσα καὶ τὸν Ἄδαμον ἀνέπεισεν αὐτῷ χρήσασθαι.

In referenda codicis lectione φθονερῶς ἔχων de conjectura reposui; nec dubito, quin ita voluerit librarius. Sin revera φθονερῶς μὲν εἶχεν scripserit, imprudens ita fecisse existimandus est. Reliqua autem illius §. ad eundem modum sunt decurtata. Jam pro certo sumere licet, textum flavianum, ut nos eum habemus, esse genui-

num. Neque enim ullum est verbum, quod merito quis in glossematis suspicionem vocaverit. Apparet quoque, quae in cod. Vat. desunt, non casu excidisse, sed consilio deleta esse. Quae res, quo pertineat, alias aperire constituimus. Nunc quod proposuimus persequamur. Num poterat epitomator tot verba tollere, nisi Josephus longioribus usus esset ambagibus? Nec tamen isto loco saepius eadem repetiit. Quae vero lib. II. 6. 8., inprimis p. 56 leguntur, nonne ejusmodi sunt, ut aliis verbis eaedem sententiae identidem referantur? Eodem libro cap. 14. §. 2. p. 72 prorsus intolerabilis est redundantia; insunt autem duo, quae correctionis indigeant. Verba haec sunt, l. 9: Ἥ τε χώρα αὐτῶν μεστὴ κακῆς ἦν ἰλύος, γεννωμένων τε καὶ ἀποθνησκόντων, τάς τε κατ' οἶκον αὐτῶν διαίτας ἠφάνιζον ἐν βοτοῖς εὑρισκόμενοι καὶ ποτοῖς καὶ ταῖς εὐναῖς αὐτῶν ἐπιπολάζοντες, ὀδμή τε χαλεπὴ ἦν καὶ δυσώδης ἀποθνησκόντων τῶν βατράχων καὶ ἐν αὐτῇ διεφθαρμένων. Pro ἐν βοτοῖς Ed. Bas.: ἐν βροτοῖς, Reg. b ἐν βρώτοις· Scribendum ἐν βρωτοῖς. Deinde ἀποθνησκόντων τῶν βατράχων καὶ ἐν αὐτῇ διεφθαρμένων ex edd. Bas. et Gen. retinuit Hudsonus. Quod autem Vet. int. idem legisse affirmat, in utraque editione, quibus utor, sic scriptum exstat: *foetorque crudelis erat et abominabilis morientibus ranis ac putrescentibus.* Quaeritur, quomodo ἐν αὐτῇ sit intelligendum. Referunt verba ad ἰλύος quod quod l. 10 legitur. Durissime, si quid video. Mihi dubium non est, quin delenda sint. Etenim desunt non modo in Vet. int., sed etiam in Reg. a. Samb. et Vat. qui habent: ἀποθνησκόντων τῶν βατράχων καὶ ζώντων διεφθαρμένων. Item in Reg. b, qui praebet: ἀποθνησκόντων τῶν βατράχων καὶ ζώντων καὶ διεφθαρμένων. Fortasse et καὶ ζώντων et ἐν αὐτῇ initio l. 10 exstiterunt, h. m.: ... ἰλύος, γεννωμένων τε καὶ ζώντων ἐν αὐτῇ καὶ ἀποθνησκόντων. (Obiter Philonis locum, De vit. Moys. I. 18. T. IV. p. 136, corrigere tentemus, ubi eandem historiam narrans sic loquitur: Καὶ ἐπινεύσαντος, τῶν Φρύνων οἱ μὲν

εἰς τὸν ποταμὸν ἀναχωροῦσι. Pro Φρύνων legendum γυρίνων. Conf. Platon. Theaet. p. 161. D. ubi non sine causa Heindorfius βατράχου suspectum habebat.) — Aliud verbositatis exemplum, et quod vel solum sufficit ad id, quod volui, obtinendum, invenies Antt. III. 2. 4. p. 84. l. 26—30. Denique excitemus Antt. IV. 3. 4. p. 119. l. 39 ὡς ἂν ὑπόμνησις εἴη τοῖς αὖθις ὧν ἔπαθον, καὶ ὅτι τὴν ἰσχὺν τοῦ Θεοῦ νομίσειαν ἀπατᾶσθαι δύνασθαι. Ernestius aut καὶ deleri jussit; aut pro ὅτι corrigi μὴ, hac sententia: *ut monumento sint eorum, quae illi passi sunt et ne pulent*, s. *pulet quisquam, vim divinam decipi posse.* — Illud fecit Dindorfius. — Vet. int.: *ut in memoria* (ed. 1490 *memoriam*) *essent futuro generi, quae illi sunt passi, qui putabant virtutem Dei se posse eludere.* Hic igitur sine dubio legit: ὧν ἔπαθον, οἳ τὴν ἰσχὺν κ. τ. λ. Unde Vulgatae ratio facillime perspicitur. Scilicet quum libri antiquiores in textu haberent οἳ, in margine autem γρ. καὶ ὅτι, quo significaretur, alteram quoque lectionem ferri ὅτι, imprudenter postea totum istud καὶ ὅτι receptum fuit. Quamobrem satis videtur constare καὶ delendum esse; sed utrumne ὅτι, an οἳ sit praeferendum difficile dictu est. Hoc, nisi fallor, majorem habet gravitatem. Caeterum verba: ὡς ἂν — δύνασθαι prorsus sunt supervacanea. Idem l. 36 (βουλόμενος τὴν τιμωρίαν αὐτῶν μνήμῃ παραδοθῆναι καὶ τοὺς αὖθις ἐσομένους αὐτὴν μαθεῖν) jam dixerat Josephus.

Haec igitur eo magis exponenda duxi, quod ad universam crisin flavianam recte instituendam pertinere videbantur. Primum apparet, complura loca temere viris doctis de glossematis esse suspecta; qualia jam supra aliquot tractavimus, et plura etiam infra vindicare conabimur. Deinde perspicitur, qui factum sit, ut toties apud Josephum demendo et omittendo peccaverint librarii. Quod genus totum persequi nec vacat, nec opus est. Pauca tantum indicasse sufficiat. Ac primum quidem haud raro breviores dictiones ornatioribus et longioribus dedita opera substitutas deprehendimus. Quod inprimis ab epitomato-

ribus factum esse, et res ipsa loquitur, et cod. Vat., cujus modo mentionem fecimus, manifesto demonstrat. Sic Antt. I. 1. 4. init. pro κατ' ἐκεῖνο καιροῦ exhibet τότε, et paulo inferius pro ἡσθεῖσα τῷ ἐδέσματι simpliciter ἡσθεῖσα. Eadem labes deinde integriores quoque codd., maxime autem Hen. et Busb. infecit, manavitque ad edd., nec antiquas solum, sed Hudsonianam etiam et Havercampianam. Horum igitur permulta e melioribus codd. correxit Dindorfius. Sunt autem et alia loca, in quibus casu atque errore, non consulto, unum aliquod verbum, quod suo more abundanter posuerat scriptor aut corruperunt, aut omiserunt librarii. V. c.: Antt. IV. 8. 2. p. 133. l. 11 Μόνος γὰρ οὗτος δοῦναί τε ταῦτα τοῖς ἀξίοις καὶ ἀφελέσθαι τῶν ἁμαρτανόντων εἰς αὐτὸν ἱκανὸς, ᾧ κ.τ.λ.. Reg. a. Samb. Voss. et Vat. habent: Μόνος γὰρ οὗτος δύναται δοῦναί τε ταῦτα τοῖς κ. τ. λ.. Forte legendum: Μόνος γὰρ οὗτος δοῦναί τε δύναται ταῦτα κ. τ. λ. Ut hic ἱκανὸς post δύναται sic paulo ante l. 6 παραθέμενος abundanter post ὑποθέμενος l. 4 infertur: Φέρε οὖν ὑποθέμενος ὃν τρόπον ὑμεῖς τ' ἂν εὐδαιμονήσαιτε καὶ παισὶ τοῖς αὐτῶν καταλίποιτε κτῆσιν ἀγαθῶν ἀΐδιον παραθέμενος, οὕτως ἀπέλθω τοῦ βίου. Nec dissimilis est locus IX. 4. 4. p. 340. l. 12—15. — Ejusdem libri IV., eadem pag. l. 21 vulgo editur: ...ἧς νῦν περὶ τὸν Θεὸν ἔχετε. Collat. Big. et Voss. ἔχοντες. Vix dubito, quin ἔχοντες διατελεῖτε, vel simile, scripserit Josephus. — Antt. XI. 3. 6. p. 403. l. 52 ...ἀθάνατον δὲ ἡ ἀλήθεια χρῆμα καὶ ἀΐδιον. Παρέχει δὲ ἡμῖν οὐ κάλλος χρόνῳ μαραινόμενον κ. τ. λ.. Pro παρέχει codd. C. Leid. et Hen. ὑπάρχει. Et vero sexcenties ista in libris permutari norunt omnes. Nihilominus Josephum scripsisse putem: ...ἀθάνατον δὲ ἡ ἀλήθεια χρῆμα καὶ ἀΐδιον ὑπάρχει. Παρέχει δὲ ἡμῖν κ. τ. λ.. — Antt. XII. 5. 4. p. 458. l. 35 Ἠνάγκασε δ' αὐτοὺς ἀφεμένους τῆς περὶ τὸν αὐτῶν Θεὸν θρησκείας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ νομιζομένους σέβεσθαι, οἰκοδομήσαντας δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει καὶ κώμῃ τεμένη αὐτῶν καὶ βωμοὺς καθιδρύ-

σαντας, θύειν ἐπ' αὐταῖς σῦς καθ' ἡμέραν. Ἐκέλευσε δὲ καὶ μὴ περιτέμνειν αὐτοὺς τὰ τέκνα κ. τ. λ.. In cod. Leid. legitur: ...θύειν ἐπ' αὐτοῖς σῦς καθ' ἡμέραν προσέταξεν. Ἐκέλευσε δὲ καὶ μὴ κ. τ. λ., quam veram esse lectionem, mecum agnoscent omnes, qui Josephi consuetudinem satis perspexerint. Juvat experiri, si forte locum difficilimum lib. I. c. 12. §. 1. p. 25. l. 59 hac eadem observatione expedire possimus: ὃς — ἐμφανισθεὶς αὐτῷ — βωμὸν ἱδρυσάμενον. Corrupta haec esse, nemo negaverit. De medela duae sunt adhuc sententiae. Prior Ernestii, qui, »Arbitror," inquit, »verba καὶ τὴν παροῦσαν εὐδαιμονίαν esse loco mota et post καταριθμησάμενος collocanda; deinde καὶ repetendum ante ἐκ." Altera Dindorfii, qui verba τὴν παροῦσαν εὐδαιμονίαν delenda judicavit. Neutra placet. Atque Ernestii quidem ratio violentior est, quam ut cuiquam probabilis videri possit. Dindorfio quominus assentiar, illud inprimis prohibet, quod verba τὴν παροῦσαν εὐδαιμονίαν ad sententiae integritatem prorsus necessaria sunt. Etenim iis omissis quis non sentit, aliquid deesse, quo aegre careamus? Jam si post ἔχοι commate distinxeris, priorem loci partem sine dubio persanaveris. Sed reliquis opem ferre multo laboriosius videtur. Certe mutata tantum interpunctione (... ἔχοι, τὸν υἱὸν Ἴσακον ᾔτει, τοῦτον αὐτῷ θ. κ. ἱ. παρασχεῖν, i. e. *filium Isacum poscebat, hunc ut ipsi sacrificium et victimam offerret.*) corrigi non possunt. Nam ejusmodi constructio sine exemplo est, et sequentia: ἐκέλευέ τε τοῦτον durissime subjunguntur. Itaque conjeci: ὃς — ἐμφανισθεὶς αὐτῷ καὶ πάντα ὅσα εἴη παρεσχημένος καταριθμησάμενος, ὡς πολεμίων τε κρείττονα ποιήσειε, καὶ τὴν παροῦσαν εὐδαιμονίαν ἐκ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἔχοι, τὸν υἱὸν Ἴσακον ἀντὶ τούτων αὐτῷ θῦμα καὶ ἱερεῖον παρασχεῖν (ἠξίου)· ἐκέλευέ τε τοῦτον εἰς τὸ Μώριον ὄρος ἀναγαγόντα (f. ἀγαγόντα) ὁλοκαυτῶσαι βωμὸν ἱδρυσάμενον. — Ἀντὶ τούτων pro ᾔτει τοῦτον, parum abest, quin certum praestare audeam. Adeo sententiae videtur convenire. De ἀξιοῦν cf.

et alia et Antt. X. 11. 6. p. 395. l. 8 ῥίπτειν δὲ αὐτὸν (Danielum) ἠξίουν (sc. τὸν βασιλέα) κ. τ. λ..

Cap. IX. §. 4.. P. 63. l. 46 Ἔνθα καὶ διέδειξεν ὁ Θεὸς μηδὲν μὲν τὴν ἀνθρωπείαν σύνεσιν, πᾶν δ' ὅ τι καὶ βουληθείη πράττειν αὐτοτελοῦς ἀγαθοῦ τυγχάνον,] Ernestius: »Hinc nullus sensus oritur. Corrige: πᾶν δ' ὅ τι καὶ βουληθείη πράττειν αὐτὸς τέλους ἀγαθοῦ τυγχάνον." — Quae conjectura, si qua alia, certissima est, nec quisquam Dindorfium, quod eam recepit, merito reprehenderit. At vero superiora μηδὲν μὲν τὴν ἀνθρωπείαν σύνεσιν nihilo magis recte se habent. Qualis eorum sententia esset, satis acute perspexit Hudsonus. Vertit enim: *nihil quidem humanam valere sapientiam.* — Dindorfius correxit: μηδὲν μὲν τὴν ἀνθρωπείαν ἰσχύουσαν σύνεσιν, probabili sane conjectura. Sed antequam viri praestantissimi editionem usurpare liceret, Vet. int. inspexeram; apud quem quum repperissem: *Tunc itaque Deus ostendit, humanam prudentiam* nihil esse, *sed omnia, quaecunque vult ipse fieri, effectum optimum adipisci,* conjeci: μηδὲν μὲν τὴν ἀνθρωπείαν σύνεσιν οὖσαν. Locutione οὐδὲν et μηδὲν εἶναι nihil apud Graecos frequentius. Josephi conferenda sunt Antt. V. 8. 9. p. 181. l. 8 ... κατανοῶν ὡς οὐδέν ἐστιν ἀνθρώπειος ἀρετὴ, et VIII. 11. 1. p. 314. l. 8. Jam utra sit verior, meane ratio, an Dindorfiana, judicent alii. Tantum necesse habeo dicere, illam, non nisi conjecturae probabilitate commendari, meam, quamvis exigua, at aliqua certe auctoritate sustentari. Adde, quod humani consilii imbecillitas multo gravius proponitur, si quis illud prae divino *nihil esse*, quam si *nihil valere* dixerit.

Cap. IX. §. 5.. P. 64. l. 9 Τοσαύτῃ γὰρ ὁ Θεὸς περὶ Μωϋσῆν ἐχρήσατο σπουδῇ, ὡς ὑπὸ πάντων τῶν τὰ ἔσχατα καταψηφισαμένων διὰ τὴν αὐτοῦ γένεσιν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκ τοῦ Ἑβραίων γένους ἀπώλειαν, ποιῆσαι τροφῆς καὶ ἐπιμελείας ἀξιωθῆναι.] Ernestius: »Quid sibi vult πάν-

των? Scribe *αὐτῶν*." Rectissime obtemperavit Dindorfius.— In reliquis nec verborum, nec sententiae ratio satis constat. Nam quod τῶν τὰ ἔσχατα καταψηφισαμένων objecto caret, nullo modo ferri potest. Etiam perversius est, quod ad ἀπώλειαν praep. διὰ e praecedentibus διὰ τὴν αὐτοῦ γένεσιν, et quidem diversa significatione, repeti volunt. Sententia autem requiritur haec: *ut ab iis ipsis, qui propter ejus nativitatem etiam in reliquos Hebraeos malorum extrema constituissent, nutriri eum atque educari fecerit.* Conf. omnino §. 2. Mihi ἀπώλειαν delendum videtur, ut καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκ τοῦ Ἑβραίων γένους a καταψηφισαμένων pendeant. Adscripserat vocem nescio quis, qui τὰ ἔσχατα explicationis indigere judicasset. Confirmat nostram sententiam Vet. int.: *Tanto ergo studio Deus circa Moysen usus est, ut ab iis ipsis, qui propter nativitatem ejus decreverunt interimere genus Hebraeorum, alimento et cura dignus haberetur.*

Cap. XIII. §. 3.. P. 70. l. 40 Καὶ ταῦθ' ἅμα λέγων κ. τ. λ..] Ernestius: »Verba uti jacent non satis constant. Sic ordina: ὅτι μὴ μόνος ἔμπειρος ὢν αὐτὸς, εἰς Θεὸν, δύναται, τὸ ἐπ' αὐτῷ παράδοξον ἀναφέρων, πιθανὸς, ὡς παρ' ἀπαιδεύτοις, ὑπάρχειν. Ordo constructionis est: ὅτι μὴ δύναται πιθανὸς, ὡ. π. ἀ. ὑπάρχειν ἀναφέρων εἰς Θεὸν τὸ ἐπ' αὐτῷ παράδοξον, μόνος ἔμπειρος ὢν αὐτός. Post τὸ omittendum γάρ, quod plane alieno loco est."— Dindorfius verba καὶ ὅτι — ὑπάρχειν pro insititiis videtur habere. Parum probabiliter. Nam meo quidem certe sensu singulae dictiones multo sunt exquisitiores, quam ut eas a glossatore profectas credere possimus. Fac ita scriptum legi: ... ἐπικεχειρηκότα. Καὶ μὴ νόμιζε, ὅτι μόνος ἔμπειρος ὢν αὐτὸς τοῦτο δύνασαι. Τὸ γὰρ ἐπ' αὐτῷ παράδοξον εἰς Θεὸν ἀναφέρων πιθανὸς ὡς παρ' ἀπαιδεύτοις ὑπάρχεις. Καὶ ταῦθ' ἅμα λέγων κελεύει τοὺς ἱερεῖς τὰς αὐτὰς ὄψεις αὐτῷ παρασχεῖν ὁρᾶν, ὡς Αἰγυπτίων σοφῶν ὄντων καὶ τὴν περὶ τούτων ἐπιστήμην· καὶ μεθεμένων ἐκείνων τὰς βακτηρίας δράκον-

τες ἦσαν.: ut essent, quae merito displicerent, de glossematis tamen vix quisquam cogitaret. Multum autem abest, ut conjecturam, quam proposui, ab omni parte veram esse contendam; dummodo corruptelae rationem satis feliciter indicasse videar. Καὶ tam brevi spatio bis positum nonne causa potuit esse, cur verba: Καὶ — ὑπάρχεις omitterentur et in margine adscriberentur? Eadem, quum alius in textum rursus reciperet, nec meminisset, orationem obliquam saepissime in rectam mutari (cf. v. c. Antt. XVI. 10. 8. p. 647. l. 39.), tum alieno loco inseruit, tum sive ipse corrupit, sive ut ab aliis corrumperentur effecit. Haec igitur quanto sunt magis vulgaria, tanto minus addubitatum iri confido.

Cap. XV. §. 3.. P. 75. l. 4 ... οὖσαν, ὁπωσοῦν ἐβουλεύετο λανθάνειν ἀπερχόμενος·] Quod optimi antiquissimique codd. pro ὁπωσοῦν habent ἀπάγων οὖν, non de nihilo factum arbitror. Videtur Josephus scripsisse: ... οὖσαν· ἀπάγων οὖν ἐβουλεύετο λανθάνειν· ὅμορος κ. τ. λ.. Vocabulum ἀπερχόμενος ab iis profectum est, qui ἀπάγων non recte cepissent. In antecedentibus igitur καὶ διὰ Παλαιστινοὺς (sic enim scribendum videtur, non Παλαιστίνους) referendum est ad p. 74. l. 51 Μωϋσῆς δὲ ταύτῃ τοὺς Ἑβραίους ἀπήγαγεν, ἵν' — ὑπόσχοιεν, καὶ διὰ Π.. Quocirca post ὑπόσχοιεν commate distinguendum.

Cap. XV. §. 5.. P. 75. l. 40 καὶ τῷ Θεῷ κατεφρόνει, τά τε ἄλλα πρὸς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ὅσα προεῖπε παρεσχηκότος καὶ μηδὲ τότ' αὐτοὺς ἐάσοντος ὑπὸ κ. τ. λ..] Hudsonus vertit: *neque suam contra Deum sententiam tulit*; subjectaque notula, »Ita", inquit, »placuit interpretari vocem κατεφρόνει· eo fere modo quo apud Thucydidem (p. 67 ed. Oxon.) καταφρόνησιν explicat Scholiastes."— Ernestius: »Non se expediunt interpretes. Tu lege: τοῦ Θεοῦ κατεφρόνει. Sequuntur enim genitivi παρεσχηκότος et ἐάσοντος."— Dindorfius τῷ Θεῷ κατεφρόνει retinuit,

nec mirum vir graece doctissimus, si dictionis rationem facile perspexit. Τῷ Θεῷ καταφρονεῖν est: *Deo fidentem quodvis periculum contemnere; res adversas infra se positas existimare.* Conf. Antt. IV. 8. 38. p. 144. l. 8. VII. 5. 1. p. 241. l. 35. VIII. 14. 2. p. 326. l. 20. Libro IX. 4. 3. p. 339. l. 18 vulgo sic legitur: Ὁ δὲ τὸν θεράποντα μὴ δεδιέναι παρεθάρσυνε, καὶ τῷ Θεῷ συμμάχῳ καταφρονῶν ἀδεὴς ἦν· παρεκάλει τε τῷ διακόνῳ — ἐμφανίσαι κ. τ. λ.. Majorem alibi lectionis varietatem vix usquam reperies. Reg. a τὸν Θεὸν ᾧ συμμάχῳ χρώμενος ἀδεὴς ἦν παρεκάλει τῷ. Reg. b τὸν Θεὸν ᾧ συμμάχῳ κεχρημένος καταφρονῶν ἀδεὴς ἦν παρεκάλει τῷ. Samb. τὸν Θεὸν ᾧ συμμάχῳ χρώμενος καταφρονῶν (reliqua quomodo exhibeat haud satis constat.). Vat. τὸν Θεὸν ὡς συμμάχῳ θαρρῶν ἀδεὴς ἦν. Dindorfius Reg. a secutus est. Si solam codicis auctoritatem spectamus, sine dubio recte; sin ita primas ei detulerimus, ut alios quoque audiendos existimemus, verendum est, ne locus etiamnum correctionis indigeat. Quid verum sit dispicere, merito difficillimum videri potest. Mirum tamen, ni χρώμενος et κεχρημένος, tum ἀδεὴς et θαρρῶν sunt glossemata. Scribam: καὶ τὸν Θεὸν, ᾧ συμμάχῳ καταφρονῶν ἦν, παρεκάλει τῷ διακόνῳ — ἐμφανίσαι κ. τ. λ.. Porro conferantur ejusdem libri et cap. §. 5. p. 342. l. 26. XIII. 4. 4. p. 487. l. 5, ubi recte Dindorfius καταφρονῶν revocavit; nam imperite Havercampius μέγα φρονῶν ediderat. Idem verbum, absolute positum, *securum esse* denotat Antt. XIII. 6. 1. p. 496. l. 52. De vit. §. 29. p. 807. l. 2. — Quod autem genitivos παρεσχηκότος et ἐάσοντος in dativos mutavit Dindorfius, id jam viro doctissimo adsentiri non possum. Etenim quam licenter saepe Veteres ejusmodi genitivis usi sint, notum est in vulgus. Josephi conf. Antt. IX. 8. 4. p. 352. l. 45. Antt. XIV. 5. 2. p. 532. l. 30 ὃς (Gabinius) — ἐστράτευσε, μηκέτι Ὑρκανοῦ πρὸς τὴν ἐκείνου (Alexandri) ῥώμην ἀντέχειν δυναμένου, ἀλλ' ἀνεγείρειν ἤδη καὶ τὸ τῶν Ἱεροσολύμων τεῖχος ἐπιχειροῦντος (Alexandro),

ὅπερ εἶλε Πομπήϊος. Nec vero dativis repositis sua satis orationi gravitas videtur constare. Vereor certe, ne τῷ τά τε ἄλλα — παρεσχηκότι scribendum fuerit. Nunc idem fere per genitivos absolutos assecutus est Josephus. Quae res ut maxime sensu quodam dijudicatur, ita verbis eam explicare longum est. Illud quidem certe mihi concedatur necesse est, vulgatam lectionem paulo festinantius a Dindorfio rejectam esse.

ANTT. JUD. LIB. III.

Cap. I. §. 3.. P. 79. l. 35 πλησιάζουσα δὲ ἀπηλέγχετο πονηρά.] Unus Vat. πλησιάζουσι δὲ, quod recepit Dindorfius. Nollem factum. Conf. Act. App. XXVII. 27. Plutarch. De S. N. V. cap. 22. p. 566. B ὡς δὲ πλησίον ἦλθεν, ὁ κρατὴρ ἐκεῖνος ἀφανισθέντος μᾶλλον τοῦ περιέχοντος, τῶν τε χρωμάτων ἀμαυρουμένων, τὸ ἀνθηρότερον ἀπέλειπε πλὴν τῆς λευκότητος. Vulgo explicant: *crater — floridissimum colorem retinuit;* quod esset, *crater ille efficiebat, ut albedo desineret, reliqui colores remanerent:* conf. Sympos. quaestt. VI. 7. 1. p. 962. D., sententia haud satis apta. Putem post ἐκεῖνος commate distinguendum esse. *Ut vero propius accessit, nempe crater ille,* = *Ut vero Thespesius propius ad craterem illum accessit,* —, *floridum illud deficiebat.* Si ὡς δὲ πλησίον ἦλθεν ὁ Θεσπέσιος scripsisset Plutarchus, dubium videri poterat, utrum *ad craterem*, an *ad flumina* accipiendum esset. Eodemque modo nisi ὁ κρατὴρ ἐκεῖνος addidisset, verendum erat, ne lectores ὡς δὲ πλησίον ἦλθε τὰ ῥεύματα intelligerent.

Quae proxime l. 35—45 sequuntur, pulcherrime persanavit Dindorfius pro δι' ἐλπίδα reponens διςπῆδα.

Cap. I. §. 4.. P. 80. l. 25 Καταριθμεῖται οὖν πάντα κ. τ. λ..] E Regg. a b et Samb. Καταριθμεῖ τε πάντα recipiam. — Item l. 30 αὐτῆς e Regg. a b pro αὐτοῖς praeferendum videtur. — L. 33 quum vulgo legeretur: τά τε ἄλλα ὅσα πρὸς αὐτῷ τῷ διαφθαρήσεσθαι δόξαντας γεγονέναι καὶ σώσειεν ὁ Θεὸς ἐκ παραλόγου· καὶ ὡς δύναμις αὐτῷ, μὴ ἀπογιγνώσκειν μηδὲ νῦν αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν κ. τ. λ., Dindorfius sic edidit: τά τε ἄλλα ὅσα πρὸς αὐτῷ τῷ διαφθαρήσεσθαι δόξαντας γεγονέναι καὶ σώσειεν ὁ Θεὸς ἐκ παραλόγου καὶ ὡς δύναμις αὐτῷ ** ἀπογινώσκειν δὴ μηδὲ νῦν αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν κ. τ. λ.. Rectissime vir doctissimus tum verba ὡς δύναμις αὐτῷ ad praecedentia pertinere vidit, tum pro μὴ ἀπογινώσκειν μηδὲ νῦν rescripsit ἀπογινώσκειν δὴ μηδὲ νῦν, quemadmodum est in Samb. et Vat., nisi quod in iis pro δὴ legitur δέ. Vet. int.: *et alia, quaecunque ad perdendos inimicos ipsosque servandos necessaria fuissent, eis ultra spem virtutis suae more contulerit: non ergo debetis, inquit, etiam in praesenti de ejus providentia desperare* caet.. Ingeniose praeterea Dindorfius post καὶ ὡς δύναμις αὐτῷ quaedam excidisse suspicatus est. Nam potuit sane Josephus in hanc similemve sententiam scribere: *et ut saepe alias — ipsos ex improviso servarit Deus, et* (sc. ostendebat iis Moyses) *ut penes eum esset* [semper quibus vellet opitulari;] *itaque ne nunc quidem de ejus providentia desperarent* caet.. Verumtamen minore molitione locus videtur expediri posse. Nihil omnino deest; modo post αὐτῷ ponatur comma vel colon. Est ὡς δύναμις αὐτῷ locutio adverbialis, quae aeque atque ἐκ παραλόγου ad σώσειεν pertinet, cujusque vim satis recte Vet. int. expressit: *virtutis suae more.* Verba sic fere explicem: καὶ (οὕτως) ὡς δύναμις (ἐστὶν) αὐτῷ (σώζειν). Conferatur velim. Ant. VIII. 4. 3. p. 295. l. 18 δέομαί τε τοῦ λοιποῦ χορηγεῖν ὅσα Θεῷ δύναμις ἀνθρώποις· ubi ad vocem δύναμις et verbum substantivum cogitatione addendum et χορηγεῖν e superiore scriptura repetendum est. Quo melius autem, quid velim, intelligatur, age

loci interpretationem subjiciam: *et ut saepe — alias, quum in extrema pericula conjecti viderentur, eos servarit Deus praeter spem et quemadmodum ipsi potentia est* (i. e. eo modo, quo maxime declararetur, qualis ipsi potentia sit, si quosdam servare velit): *itaque ne nunc quidem* caet..

Cap. V. §. 7.. P. 89. l. 3 καὶ οὔτε ὑπονοεῖν αὐτοὺς εἴα τὸ προσδοκᾶν τι χρηστὸν περὶ τἀνδρὸς, οὔτε κ. τ. λ..] Εἴα τὸ pro εἴατο Dindorfio debetur. Sed ὑπονοεῖν aeque corruptum est. Ac fuit quidem, quum ὑπερπονεῖν, *praeter modum laborare*, corrigere tentarem; sed monuit me Geelius, viderem, ne potius ἀπονοεῖν, *desperare*, scribendum esset. Neque enim fieri non potuisse, ut hic aliquid novarit Josephus, verbumque, cujus formam mediam reliqui solerent usurpare, ipse tamen activa forma posuerit. Quam viri praestantissimi suspicionem, et per se maxime probabilem arbitror, nec frustra quaesivi, quibus eam confirmarem. Revera bis ἀπονοεῖν dixit Josephus; etsi non intransitiva, sed activa significatione: *ad desperationem adducere*. Antt. XVIII. 1. 6. p. 695. l. 19 Γεσσίου Φλώρου — τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ὑβρίζειν ἀπονοήσαντος αὐτοὺς ἀποστῆναι Ῥωμαίων. Ibid. 8. 6. p. 722. l. 48 ...παρακαλοῦντα μὴ τοσαύτας μυριάδας ἀνθρώπων ἀπονοεῖν. Nihilominus vel hoc satis est argumenti, rationem non obstare, quominus eodem verbo quandoque desperandi significatione usus sit. Numquid negari potest, complura transitivae, tum formae, tum significationis, verba interdum pro neutris esse solere? Qualia sunt: διάγειν, ἀπολείπειν, εἰσβάλλειν, ἐπιδίδοναι, caetera. Quam similitudinem quidni Josephus in ἀπονοεῖν sequi potuit? — Admonet me locus, ut quaedam aut nove dictorum, aut insolentius usurpatorum exempla proferam. Antt. I. 4. 1. p. 13. l. 12 pro εἰς πολυανθρωπησίαν recte Dindorfius e cod. rescripsit εἰ πολυανθρωπήσειαν· quod verbum alibi, non nisi bis aut ter legitur. Πολυανδρεῖν veteribus magis in usu fuit. Ibid. c. 10. §. 4. p. 21. l. 45 βασιλίζειν

regiam dignitatem affectare; quod De B. J. I. prooem. §. 2 et II. 4. 1 βασιλειᾶν dixit. — Ibid. cap. 16. §. 3. p. 29. l. 26 τιμῶν δὲ τὸ γένος τὸν γάμον πολιτεύει τοῦτον. Reg. a τὸν γάμον αἰτεῖ πολιτεύει τοῦτον. Samb. in marg. αἰτεῖ adscriptum habet. Vat. τὸν γάμον αἰτεῖ τοῦτον. Bernardi conjecturam τὸν γάμον αἰτεῖ πολιτεύειν τοῦτον recepit Dindorfius. Equidem Casaubono et Bossio assentiri malim, αἰτεῖ non esse nisi glossema. Conf. Antt. XVIII. 7. 3. p. 719. l. 23 καὶ τὰ πάντα ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ θείου πολιτεύειν ἤρτο. — Ibid. cap. 18. §. 9. p. 32. l. 2 ἡ ἐπὶ ταῖς ἀραῖς διαμαρτία pro ἐπὶ ταῖς εὐχαῖς. — Antt. III. 8. 10. p. 101. l. 27, ubi vulgo legebatur: καὶ περὶ τῶν μελλόντων ὡς ἀμεινόνων ἐπιθυμοῦντες, recte Dindorfius Cocceji conjecturam εὐθυμοῦντες recepit; etsi potius εὐθυμεῖσθαι Graeci dicere solebant. — Antt. IV. 2. 4. p. 117. l. 2 ῥύεσθαι significat: *se ipsum liberare;* quod infra suo loco ostendere conabor. — Ibid. cap. 4. §. 6. p. 126. l. 24 Τοσοῦτον ὑμῖν ἀνδρείας τὸ περιὸν ἐκ Θεοῦ προνοίας ἀνήρηται, ᾧ κ. τ. λ.. Pro ἀνδρείας recte sine dubio Dindorfius e codd. correxit εὐανδρίας. Quod vero idem de Cocceji conjectura ἀνήρτηται rescripsit, probare non possum. Verba ἐκ Θεοῦ προνοίας ad praecedentia pertinent. Ἀνήρηται autem significat: *divinitus, Deo auctore promittitur.* Est quidem ἀναιρεῖν, de oraculis usurpatum, interrogantibus *respondere*, sed nonnunquam tamen de iis dicitur, quae sponte Deus, nec interrogatus, hominibus, sive per prophetas, sive quo alio modo, praedicere censebatur. Conf. Antt. V. 2. 7. p. 163. l. 23 Παροξυνθὲν δ' ἐπὶ τούτοις τὸ θεῖον ἀναιρεῖ πρῶτον μὲν ὡς φείσαιντο κ. τ. λ.; ubi recte Hudsonus interpretatur: *oraculo eos admonet.* Sed cum eo, quem tractamus, loco inprimis comparandus est Philo, De conf. ling. §. 33. T. II. p. 284 Διόπερ λόγιον τοῦ ἵλεω Θεοῦ μεστὸν ἡμερότητος ἐλπίδας χρηστὰς ὑπογράφον τοῖς παιδείας ἐρασταῖς ἀνήρηται τοίονδε, »οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω.'' Atqui οἱ παιδείας ἐρασταὶ Deum haud magis interrogaverant,

quam Israëlitae apud Josephum. Obiter moneo, locum Philonis manifesto ostendere, verba οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω revera antiquitus in versione τῶν Ο' exstitisse, sive Jos. I. 5, sive alibi; cf. Epist. ad Hebr. XIII. 5. — Ibid. cap. 8. §. 22. p. 139. l. 42 ...Φυλάττοντα μὲν ἃ ἔδωκεν αὐτοῖς ἀγαθὰ, προσκτήσαντα δὲ ὅσα δύναται χαρίζεσθαι.] Προσκτήσαντα ferri nequit. Dindorfius edidit: προσκτίσαντα. Quod vereor, ut admitti possit; nam neque verbi significatio, neque aoristus convenit. An: προσθήσοντα? Vet. int. *exoretque Deum sibi propitium et placidum semper esse, et communiter cum Hebraeis omnibus permanere, atque servet bona, quae dedit eis et addat quaecunque donare potest.* Tametsi locum non satis intellexit, tamen, quin προστιθέναι in suis codd. legerit, non potest dubitari. Caeterum sic verba explicem: προσθήσοντα δὲ χαρίζεσθαι ὅσα δύναται, i. e. *perrecturum gratificari, quot potest.* Neque enim inf. χαρίζεσθαι ad δύναται referendus est. Προστιθέναι et προστίθεσθαι frequentissime hac ratione leguntur apud τοὺς Ο'· v. c. activum est Genes. VIII. 21. Jos. VII. 12. Judic. XIII. 21; medium Genes. XXXVIII. 26. 1 Sam. XV. 35. 2 Regg. XXIV. 7. Apud Josephum forma media legitur Antt. IV. 5. 2. p. 123. l. 26 ἀλλ' οἷς προπεπονήκεσαν προσεπιταλαιπωρῆσαι προσθέμενοι. Quidni igitur h. l. προσθήσοντα scribere potuit? De B. J. IV. 11. 2 fin. pro προσθήσεσθαι e prava scilicet emendatione in quibusdam libris legitur προσκτήσασθαι. Hoc loco προσκτήσαντα itidem correctori debetur. — Antt. VIII. 7. 3. p. 304 l. 11 et XVIII. 6. 5. p. 709 l. 53 dicitur αἰωρεῖσθαι pro eo, quod est *curru vehi.* — Antt. XIX. 1. 1. p. 735. l. 12 exstat forma συλέω pro συλάω. — De Vit. §. 44. p. 813. l. 39 et §. 49. p. 817. l. 24 legitur πεπέμφθαι. — De B. J. I. prooem. §. 6 fin. est ἐπιδραμῶ pro ἐπιδραμοῦμαι. — Adj. σφέτερος, ad subj. tertiae pers. sing. relatum, saepissime in libris De B. J. legitur; v. c. I. 1. 3: 4. 2: 15. 6: 17. 5. II. 3. 2, caetera. Locus e libro V. 7. 3

fin. correctionis indiget: ... ἐκ μέσων τε τῶν πολεμίων πρῶτος εἰς τοὺς σφετέρους ἔδραμεν. Illud πρῶτος ineptum est. Solus nimirum in Judaeos impetum fecerat Longinus; qui autem solus, nec comitantibus quibusdam, aliquo profectus est, nequaquam primus inde rediisse dici potest. Nec vero miles laudatur, qui primus, sed qui ultimus e proelio discedit. Jam corruptela, ut facile agnoscitur, ita nullo negotio tollitur scribendo: ἄτρωτος. Quod autem Longinus nullo vulnere accepto ad suos se recepit, erat hoc non modo fortunae, sed etiam virtutis. Tantum scilicet terrorem hostibus incusserat, ut duobus profligatis nullus eorum ne telum quidem in eum conjicere auderet. — Denique locum de B. J. VII. 7. 2 diligentius consideremus. Verba haec sunt: οἱ μετ' αὐτοῦ τὸν Εὐφράτην διαβάντες, ἔνθεν κ. τ. λ.. Διαβάντες per se nihil habet, quod vitii suspicionem moveat, praesertim quum novem codd. auctoritate confirmatum sit. At vero in reliquis libris exstat διαλαβόντες, quod undenam ortum sit indagari oportet, ne quis dubitandi locus relinquatur. Num igitur dicemus διαβάντες, quod et facillimum est, et notissimum, casu in διαλαβόντες abiisse? Multo probabilius videtur, διαλαβόντες corruptum esse e διαβάλοντες· nam frequentissime λαβεῖν et βαλεῖν in codd. permutantur. Quae si nobis conceduntur, nec video qua ratione negari possint, illud quoque concedatur necesse est, διαβαλόντες verius videri, quam διαβάντες. Nam si usquam alibi, hic certe lex criticorum de difficiliore lectione praeferenda valeat. Jam si διαβάλλειν, trajiciendi significatione positum, nullo posset exemplo confirmari, ne sic quidem de sententia desistendum esset. Quis enim neget, Graecum sermonem recentiore aetate latinismos suscipere potuisse? Nec vero cuiquam tale quid facilius accidere poterat, quam Josepho, qui et lingua Graeca peregrina utebatur, et inter Romanos multum versabatur. Verum et alios quoque διαβάλλειν sic usurpasse constat. Philo De mutat. nom. §. 4. T. III. p. 164 Ποῦ γὰρ σκεψάμενός τις εὕρῃ τὸ ἀγαθὸν τοῦτο; Ποῖα

πελάγη διαβαλών; Τίνας νήσους, τίνας ἠπείρους ἐλθὼν, παρὰ βαρβάροις ἢ Ἕλλησιν; Recte hic διαβαλὼν, ex uno licet Mss., pro διαλαβὼν receptum est. Id. De somniis II. §. 20. T. III. p. 294 Πολλοὶ γὰρ πολλάκις πλωτὰ μέγαλα διαλαβόντες, καὶ μακρὸν πλοῦν κ. τ. λ.. Scribendum esse διαβαλόντες, et vidit Mangejus, nec quisquam negaverit. Notandum praeterea in libro de Agric. §. 5. T. II. p. 110 Καὶ γὰρ γῆν μεταλλεύουσι, καὶ τὰ πελάγη διαβαίνουσι, κ. τ. λ., in Ms. Aug. legi διαβάλλουσι· quod equidem vulgato praeferam. Plutarch. de Alex. s. virt. s. fort. Orat. II. c. 11. p. 342. C. Ἐπεὶ δὲ Φιλίππου τελευτήσαντος ὥρμητο διαβαλεῖν, καὶ ταῖς ἐλπίσι κ. τ. λ.. Id. Vit. Caj. Jul. Caes. cap. 51 init. Ἐκ τούτου διαβαλὼν εἰς Ἰταλίαν κ. τ. λ..

Cap. VI. §. 8.. P. 89. l. 21 Ταῦτ' εἰπὼν δύο πλάκας αὐτοῖς ἐπιδείκνυσιν ἐγγεγραμμένους ἐχούσας τοὺς δέκα λόγους, ἐν ἑκατέρᾳ πέντε.] Sic e Vat. Vet. int. et edd. Bas. et Gen. editum est. In Reg. a. Samb. Voss. Hen. et Busb. ἐπιδείκνυσιν ἐγγεγραμμένας ἔχουσας τοὺς δέκα λόγους. Putem Josephum scripsisse: ἐπιδείκνυσιν ἐγγεγραμμένας τοὺς δέκα λόγους.

Cap. VI. §. 4.. P. 91. l. 30 μετὰ δέκα πήχεις ἡρμοσμένους ἐκ τοῦ μυχοῦ τέσσαρας ἵστησι κίονας] Ἡρμοσμένους corruptum est. Quod nulla re magis declarari posse arbitror, quam hac Ernestii annotatione: »Non video quorsum commode referatur. Nam si ad κίονας referas, quid sunt κίονες ἡρμοσμένοι, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις εἰργασμένοι? Nisi velis *pulcras*. Et solet Josephus in talibus luxuriari."— Sententiae plane satisfactum erit, si legemus: μετὰ δέκα πήχεις ἀρχομένοις ἐκ τοῦ μυχοῦ. Ad ἀρχομένοις intellige ἀριθμεῖν. *Post decem cubitos iis, qui a fundo* (numerandi) *initium facerent*, i. e. *post decem cubitos, si quis a fundo numerare inciperet.* At ἀρχομένοις literarum ductu nimis

ab ἡρμοσμένους distat. Vide igitur, an ἡργμένοις scribi possit. Conf. Antt. I. 7. 1. p. 18. l. 11.

Cap. VIII. §. 9. P. 100. l. 47 οὐδαμόθεν γὰρ προφητῶν κ. τ. λ..] Lectionem συκοφαντῶν pro προφητῶν, quamvis a multis et optimis commendetur codd., jure tamen meritoque repudiarunt editores. Est enim non nisi correctio nescio cujus, quem quid essent προφῆται latuisset. Qua de re vide Valck. ad Herod. VIII. 111. De malis artibus istorum hominum conf. Luciani Alexand. §. 19—24. Recte praeterea Dindorfius ex iisdem libris κατέλιπεν ἀφορμὴν pro καταλέλοιπεν ἀφορμὴν rescripsit. Quod autem totius loci rationem expediri posse putat vir egregius, si post ἀξιώματι lacunam esse statuamus, mihi quidem vix quidquam difficilius probaverit. Cujusmodi tandem aut verba, aut sententiam intercidisse dicamus? Nihil omnino, quod probabiliter addi possit, licet omnia pertentantibus succursurum arbitror. Ne ipsi quidem Dindorfio tale quid in mentem videtur venisse. Alioquin, si minus in Graecis id fieri potuit, at in versione tamen quid sentiret apertius declarare non neglexisset. Equidem sic locum constituam: οὐδαμόθεν γὰρ προφητῶν κακουργίαις κατέλιπεν ἀφορμὴν, εἰ δή τινες τοιοῦτοι γένοιντο, (οἷοι) παρεγχειρεῖν τῷ τοῦ Θεοῦ ἀξιώματι. Αὐτοκράτορα γὰρ εἶναι τὸν Θεὸν παρατυγχάνειν τοῖς ἱεροῖς κατέλιπεν, ὁπότε θελήσειε, καὶ μὴ παρεῖναι· κ. τ. λ.. — Qua ratione εἰ δή τινες — ἀξιώματι ad praecedentia trahi et possint et debeant, neminem praeteribit. — Παρεγχειρεῖν τῷ τοῦ Θεοῦ ἀξιώματι non significat: *Dei auctoritate abuti*, quemadmodum in versione legitur; sed: *praeter fas* (hanc enim praep. παρὰ esse vim, nihil attinet ostendere) *majestati divinae quasi manum inferre*, i. e. *nefarie factis eam minuere*. In fragm. philonianis T. VI. p. 241 perperam παρεγχειρεῖν cum accus. conjungitur: Τί ἔστι τὸ ἐγχειρίδιόν σου καὶ τὰ ἑξῆς; (Exod. XX. 25). Οἱ τὴν φύσιν παρεγχειρεῖν τολμῶντες, καὶ τὰ ἔργα κ. τ. λ.. Legam: Οἱ τῇ φύσει

κ. τ. λ.. — Quod post γένοιντο inserui οἷοι, quam facile vox propter similitudinem praecedentis οιντο excidere potuerit, nemo non videt. Est autem maxime necessaria: Xenoph. Cyrop. I. 2. 3 Οἱ δὲ περσικοὶ νόμοι προλαβόντες ἐπιμέλονται, ὅπως τὴν ἀρχὴν μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται, οἷοι πονηροῦ τινος ἢ αἰσχροῦ ἔργου ἐφίεσθαι. (Solet omnino τοιοῦτος post se habere οἷος. Quocirca Antt. I. 16. 2. p. 29. l. 3 κόσμον τε φέρων γυναικεῖον πολυτελῆ, πιστεύειν αὐτὸν οὐκ ἀσφαλεστέροις ἔφασκεν ἢ τοιούτοις οἷς αὐτῆς ἐπειράθη, pro οἷς sine dubio corrigendum est: οἵας. Verum nec reliqua satis recte se habent. Legam: πολυτελῆ, οὐκ ἂν ἀσφαλεστέροις πιστεύειν αὐτὸν ἔφασκεν.) Priorem igitur loci flaviani partem sic explicem: *Nam is nullam oraculorum interpretibus, ut malis artibus uterentur, occasionem relinquebat, si qui forte iis moribus exstitissent, ut nefarie Dei majestatem minuere non vererentur.* — In reliquis γὰρ pro δ' post αὐτοκράτορα restitutum haud facile reprehendetur. Nam et saepissime voculas istas in codd. permutari constat, et solent haud raro apud quosvis scriptores duae subsequentes comprehensiones γὰρ habere. Quam rationem quis est hodie, qui non habeat cognitam atque perspectam? Hoc loco prius γὰρ indicat, quare de pontificis vestitu dicere operae pretium esset; alterum quam vere praedicavisset scriptor, vestitum illum nullam prophetis fraudis occasionem relinquere. Conf. Antt. IV. 2. 1. p. 190. l. 28—33. Eadem fere ratione in epist. ad Hebr. VIII. 3. 4. prius γὰρ vs. 3 explicat, cur pontifex ille maximus τῶν ἁγίων λειτουργὸς κ. τ. σκ. τ. α., ἣν ἔ. ὁ κ., ο. ἄ. dici haberique posset; alterum vs. 4 cur idem in coelo esset, ibique munus illud suum, non in terra administraret. Item conferatur Plutarchi, Non posse suav. viv. sec. Epic. c. 30. p. 1106 F. ... τοῖς φθαρεῖσι. » Δὶς γὰρ οὐκ ἔστι γενέσθαι· δεῖ δὲ τὸν αἰῶνα μὴ εἶναι," κατ' Ἐπίκουρον. Εἰ γὰρ ἐστὶ τὸ πέρας τῷ μὴ εἶναι, τοῦτο δὲ ἀπέραντον καὶ ἀμετάστατον, εὕρηται κακὸν αἰώνιον ἡ τῶν ἀγαθῶν στέρησις, ἀναισθησίαν μηδέποτε παυσομένην. Pro εἰ γὰρ ἐστὶ τὸ πέρας

τῷ μὴ εἶναι Wyttenb. conjecit: Εἰ γάρ ἐστι πέρας τῷ εἶναι τὸ μὴ εἶναι· quod vereor, ut necessarium sit. Τὸ πέρας non sine vi quadam dictum est. Explicem: *Nam si ultimum* (omnium rerum) *finem affert non esse*, caet.. Haud rectius idem Wyttenbachius pro εὕρηται reponendum censebat εὕρηκε. Putem potius post αἰώνιον aliquid verbi excidisse, v. c. ἔχουσα vel Φέρουσα. Εὕρηται disputationi nimis convenit, quam ut sollicitari debeat; siquidem rationem concludit Plutarchus. Prior scilicet sententia: Δὶς γὰρ οὐκ ἔστι κ. τ. λ. ostendit, secundum ipsum Epicurum, quicunque semel in nihilum recidissent, semper exstinctos fore; altera: Εἰ γὰρ ἐστὶ κ. τ. λ. id, quod propositum erat, efficit, si mors interitum afferret, non posse eam non timendam videri. — Restat, ut alterum κατέλιπεν l. 51 non delendum esse demonstrem. Etenim non modo Bernardus vocem damnavit, sed etiam Dindorfius eam uncis inclusit. Scilicet sexcenties in hoc genere peccavit Josephus. Antt. VII. 14. 5. p. 276. l. 54 Τοῦτο δὲ ποιῆσαι π ρ ο σ έ τ α ξ ε Σάδωκον τὸν ἀρχιερέα καὶ Ναθάναν τὸν προφήτην, ἀκολουθοῦντάς τε π ρ ο σ έ τ α ξ ε διὰ μέσης κ. τ. λ.. Ibid. IX. 7. 3. p. 350. l. 29 Ἰδοῦσα δὲ Γοθολία— Φονεύειν ἐ κ έ λ ε υ ε τὸν ἐπιβουλεύσαντα αὐτῇ, καὶ τὴν ἀρχὴν ἀφελέσθαι σπουδάσαντα. Ἰώδαος δὲ καλέσας τοὺς ἑκατοντάρχους, ἐ κ έ λ ε υ σ ε ν αὐτοὺς κ. τ. λ.. Ibid. X. 9. 2. p. 384. l. 23 καὶ συνεβούλευε κ α τ ο ι κ ε ῖ ν εἰς ἣν ἕκαστος βούλεται πόλιν, ἀποστέλλειν τε μετὰ τῶν ἰδίων καὶ ἀνακτίζειν τὰ ἐδάφη καὶ κ α τ ο ι κ ε ῖ ν. Ibid. XIII. 10. 6. p. 508. l. 4 τὸ δὲ δημοτικὸν οὐχ ἑπόμενον αὐτοῖς ἐ χ ό ν τ ω ν, τῶν δὲ Φαρισαίων τὸ πλῆθος σύμμαχον ἐ χ ό ν τ ω ν. Ibid. XIV. 8. 5. p. 538. l. 40 Τούτους Ἀντιπάτρου π ο ι η σ α μ έ ν ο υ τοὺς λόγους, Καῖσαρ Ὑρκανὸν μὲν ἀ π ο δ ε ί κ ν υ σ ι ν ἀρχιερέα, Ἀντιπάτρῳ δὲ δίδωσι δυναστείαν, ἣν αὐτὸς προαιρεῖται, τούτου δὲ ἐπ᾽ αὐτῷ π ο ι η σ ά μ ε ν ο ς τὴν κρίσιν ἐπίτροπον αὐτὸν ἀ π ο δ ε ί κ ν υ σ ι τῆς Ἰουδαίας. Alterum ἀποδείκνυσι l. 44 rectissime Dindorfius e codd. pro vulgato ἀποδεικνὺς recepit. Sed ne illa quidem,

quae l. 43 leguntur sana sunt; non tam quia De B. J. I. 10. 3 alia narrantur, quam quod sententia laborat. Modo dixerat scriptor, Caesarem Antipatro δυναστείαν dedisse, ἣν αὐτὸς (Antip.) προαιρεῖται; qui conveniebat, continuo subjungere, Caesarem id ejus arbitrio permisisse? Legendum: Τούτου δὲ (nempe Antipatro) ἐπ' αὐτῷ (intellige Caesarem) ποιησαμένου τὴν κρίσιν· quam conjecturam eo confidentius proposui, quod eam postea a cod. Leid. confirmatam reperi. Hoc igitur loco non tantum ἀποδείκνυσι sed etiam ποιησαμένου brevissimo spatio bis legitur.—Antt. XIX. 1. 1. p. 733. l. 21 τὴν διάβασιν δεινὸν ἡ γ ο ύ μ ε ν ο ς τριήρει περατοῦν, καὶ ἄλλως ἐπιβάλλειν ἡ γ ο ύ μ ε ν ο ς αὐτῷ κ. τ. λ.. Ibid. cap. 1. §. 14. p. 742. l. 39 Χαιρέαν δὲ, εἴπερ οὕτως ἐφρόνει, πάντων ἥγημαι μωρίᾳ διαφέρειν, ἡδονὴν τῇ ὀργῇ χ α ρ ι ζ ό μ ε ν ο ν μᾶλλον ἢ ἐκ τοῦ ὀξέος ἀπαλλαγὴν αὐτῷ τε καὶ τοῖς συνωμόταις κινδύνων χ α ρ ι- ζ ό μ ε ν ο ν, διὰ τὸ κ. τ. λ., ubi Ernestius: » Primum χαριζόμενον delendum videtur." Cui judicio nimium tribuisse Dindorfium, quum vocem uncis includeret, jam ex modo dictis satis constare arbitror. — De Vit. §. 32. p. 808. l. 36 Εἰ δὲ τοῖς Ταριχαιάταις καὶ τοῖς παρ' αὐτοῖς ξένοις ἐπιτρέψαιμι τὴν πόλιν διαρπάζειν, ἑ ώ ρ ω ν οὐχ ἱκανοὺς ἐσομένους, τὴν δὲ ἐμὴν ὑπέρθεσιν ἑ ώ ρ ω ν μακροτάτην· κ. τ. λ.. Quo loco plura sunt, quibus merito offendaris. L. 33 vulgatam τὴν ἐνεστῶσαν ἡμέραν retineam, nec cum Dindorfio ex uno cod. τὴν ἑστῶσαν ἡμέραν praeferam. L. 35. post λαβεῖν inseram ἦν, *licebat*. L. 36 post δοκῇ colo tantum, sed l. 38 post ἐσομένους puncto distinguendum videtur. Denique l. 38. 39 μακροτάτην ineptum est. Requiram: βλαβερωτάτην, vel simile. Quod autem post μακροτάτην, sive βλαβερωτάτην e praecc. cogitatione repetendum est ἐσομένην, est id quidem paulo durius, sed apud Josephum damnare non ausim. — De B. J. I. 26. 2. fin. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν κ η ρ ύ ξ ε ι ν τὰς τοῦ ἔθνους συμφορὰς —, ἔπειτα — ἐπὶ τίσιν· ζητήσειν δὲ καὶ τὸν πάππον ἐκεῖ καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὰ τῆς βασιλείας μύση πάντα

κηρύξειν· ἐφ' οἷς κ. τ. λ.. Ibid. 33. 8 καὶ τὸ πλῆθος παρακαλεῖ, τήν τε ἀπολειφθεῖσαν τοῖς στρατιώταις ἀνεγίνωσκεν ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ πολλὰ περὶ τῆς εἰς τὸν διάδοχον εὐνοίας παρεκάλει. Ibid. V. 1. 5 Γηραιοὶ δὲ καὶ γυναῖκες ὑπ' ἀμηχανίας τῶν εἴσω κακῶν ηὔχοντο Ῥωμαίοις, καὶ τὸν ἔξωθεν πόλεμον ἐπ' ἐλευθερίᾳ τῶν οἰκείων κακῶν ἐκαραδόκουν. Pro τῶν εἴσω κακῶν in uno cod. Lips. legitur: τῶν οἰκείων κακῶν. Paulo post τῶν οἰκείων κακῶν e Big. et Ruffino recepit Hudsonus; reperitque postea lectionem in tribus codd. Cardwellus. At reliqui omnes, et hic, et illic, τῶν εἴσω κακῶν. Vix dubitem, quin bis iisdem verbis usus sit Josephus.

Cap. X. §. 7.. P. 105. l. 13.] Nulla in re Vet. interpretatio latina majorem et certioren habet usum, quam in lacunosis, aut procurandis, aut certe detegendis. Quod quale sit, aliquot exemplis ostendere haud alienum videtur. — Illius igitur loci, quem modo indicavi, verba haec sunt: Ἐκ μέντοι τοῦ κοινοῦ σῖτος ὀπτὸς ζύμης ἄμοιρος· ἀσσάρωνες δ' εἴκοσι καὶ τέσσαρες εἰς τοῦτο ἀναλοῦνται. Ὀπτῶνται δὲ ἀνὰ δύο διαιρεθέντες μὲν τῇ πρὸ τοῦ σαββάτου· κ. τ. λ.. Vocula δὲ post ὀπτῶνται recepit Dindorfius. Idem pro αἱρεθέντες reposuit διαιρεθέντες. Utrumque e codd.. Sed praeterea post ἄμοιρος quaedam excidisse, non sine causa suspiceris. Jam Vet. int. sic habet: *Ex communi tamen simila cocta fermento carens datur assariorum viginti quatuor et ad panes faciendos expenduntur. Coquuntur enim duo et duo divisi* caet.. Corrupta sunt, quis neget? nec tamen ita corrupta, quin eorum ratio facillime perspiciatur. Sic fere legam: *Ex communi tamen simila cocta fermento carens* datur ad panes faciendos. *Assarones autem viginti quatuor* (ad hoc) *expenduntur. Coquuntur enim duo et duo divisi* caet.. Reliqua satisne sint accurata, nec ne, quaerere non vacat. Quod autem inprimis spectavi non dubito, quin probaturus sim. Verba: *datur ad panes faciendos* manifesto ostendunt, qualia post ἄμοι-

ρος in Graecis desiderentur. — Deinde locum ejusdem libri cap. 12. §. 2. p. 107. l. 30 tractare constitui: καὶ προσέτι γαμεῖν τὰς ἡταιρηκυίας ἐκώλυσε, μήτε δούλην, μητ' αἰχμάλωτον γαμεῖν αὐτοὺς κεκώλυκε, καὶ τὰς ἐκ καπηλείας καὶ τοῦ πανδοκεύειν πεπορισμένας τὸν βίον, μηδὲ τὰς τῶν προτέρων ἀνδρῶν ἐφ' αἷς δηποτοῦν αἰτίαις ἀπηλλαγμένας. Τὸν δ' ἀρχιερέα κ. τ. λ.. Verbum κεκώλυκε l. 31, 2 sine dubitatione rejiciam. Non quo tempus perfectum displiceat; cf. l. 21. et 37. et pag. 106. l. 40; sed quia, ut mox videbimus, Vet. int. vertit: *voluit.* (Antt. I. prooem. §. 2.. P. 3. l. 21 lectio edd. plerorumque codd. ἀνατέθεικε revocanda est. Hudsonus ἀνατέθηκε, quod non est nisi scripturae vitium, edere voluerat; sed operae dederunt ἀντέθηκε· unde Ernestius et Dindorfius ἀνέθηκε correxerunt.) Dindorfius praeterea μήτε δούλην μήτ' αἰχμάλωτον γαμεῖν αὐτοὺς suspecta habet. Quam sententiam si quis ideo probabilem judicet, quod Levit. XXI. vs. 7 (col. vs. 14) nulla fit ancillarum et captivarum mentio, vereor ne argumento parum firmo nitatur. Nam isto loco ne καπήλιδες quidem, nec πανδοκεύτριαι, commemorantur. Et satis videtur constare, id quod monuit jam Relandus, Judaicos doctores ita legem interpretatos esse, ut ancillarum quoque et captivarum connubia sacerdotibus interdicerent; cf. Antt. XIII. 10. 5 fin.. At qualis est verborum cohaerentia, si rejecto κεκώλυκε tamen μήτε δούλην μήτ' αἰχμάλωτον γαμεῖν αὐτοὺς retinentur? Nulla, fateor; sed multis partibus et depravatum esse locum et mutilatum contendo. Vet int. habet: *Nam et ab istis similiter eos abstinuit, et super haec* neque *meretrices*, neque concubinas eos habere permisit; *neque ancillam neque captivam eis nubere* voluit. Sed *et eas quae de cauponationibus et pandochiis vitam agunt, et quae prius maritos habentes pro causis quibuscunque dimissae sunt*, ab eorum conjunctione prohibuit. *Summum vero pontificem* caet. Haec igitur sana esse, nemo facile negaverit. Tantum ante *neque ancillas* aliquid deesse videtur: v. c. *eodemque modo.*

Deinde tot verba de suo addidisse interpretem, nec per se credibile est, et solet ille multo saepius quaedam omittere, quae in Graecis leguntur, quam addere, quae in iisdem desunt. Denique, quod vel inprimis attendi velim, est ejusmodi interpretatio, quae solitam Josephi verbositatem referat. Jam quomodo Graeca sint refingenda, pro certo dicere merito difficillimum videri potest. Conjeci: καὶ προσέτι (μήτε) τὰς ἡταιρηκυίας (μήτε τὰς πεπαλλακευμένας ἔχειν αὐτοῖς ἐφῆκεν· ὡς δ᾽αὔτως) μήτε δούλην, μήτ᾽ αἰχμάλωτον γαμεῖν αὐτοὺς (ἠξίωσεν· ἀλλὰ) καὶ τὰς ἐκ καπηλείας καὶ τοῦ πανδοκεύειν πεπορισμένας τὸν βίον, ἔτι δὲ τὰς τῶν προτέρων ἀνδρῶν ἐφ᾽ αἷς δηποτοῦν αἰτίαις ἀπηλλαγμένας (ἀπὸ τῆς αὐτῶν συζεύξεως ἐκώλυσε.) Τὸν δ᾽ἀρχιερέα κ. τ. λ.. Horum igitur ἠξίωσεν l. 31 pro vulgato κεκώλυκε certissimum arbitror. Deinde negari nequit verba l. 30 γαμεῖν τὰς ἡταιρηκυίας ἐκώλυσε pessime corrupta esse; quod praeterea locum Levit. modo laudatum comparanti verosimillimum videatur necesse est. Reliqua eo tantum pertinent, ut quibus partibus locus lacunis laboret intelligatur. Nam revera ita scripsisse Josephum, quemadmodum supplevi, contendere nolim. Quin ultima ἀπὸ τῆς αὐτῶν συζεύξεως ἐκώλυσε merito displicebunt. Tamen l. 33 pro μηδὲ legendum esse ἔτι δὲ haud improbabile videtur. — Pergamus ad Antt. IX. 14. 3. p. 565. l. 46 Χρώμενοί τε τοῖς αὐτοῖς ἔτι καὶ νῦν ἔθεσι διατελοῦσιν οἱ κατὰ μὲν τὴν Ἑβραίων γλῶτταν Χουθαῖοι, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων Σαμαρεῖται, οἳ πρὸς μεταβολὴν καὶ συγγένειαν, ὅταν μὲν κ. τ. λ.. Locum vides pessime habitum. Vet. interpretem major etiam casus afflixit: *Et hactenus ipsas solennitates celebrare noscuntur. Hi siquidem secundum eloquium Hebraeorum Hebraei, secundum genus Cuthaei, graece autem* (ed. 1490 habet: *secundum eloquium Hebraeorum Chuthaei, secundum genus: graece autem.* Legam: *secundum eloquium Hebraeorum Chuthaei, secundum Graecorum*) *Samaritae* vocantur, *qui pro* rerum *motu* semper parati sunt; *et quando vident* caet. Nihilomi-

nus ex his, quid in Graecis fuerit, probabiliter colligitur. Scripsit, opinor, Josephus: Χρώμενοί τε τοῖς αὐτοῖς ἔτι καὶ νῦν ἔθεσι διατελοῦσιν, (καλούμεν)οι κατὰ μὲν τὴν Ἑβραίων γλῶτταν Χουθαῖοι, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων Σαμαρεῖται, οἳ πρὸς μεταβολὴν (τῶν πραγμάτων ἀεὶ) καὶ (ὁμολογεῖν) συγγένειαν (πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἀρνεῖσθαι ἑτοίμως ἔχουσιν·) ὅταν μὲν κ. τ. λ.. Conf. lib. XI. 8. 6. et XII. 5. 5. — Porro locum Antt. X. 11. 6. p. 394. l. 32 — p. 395. l. 10 lacunosum esse, certissime potest intelligi: Οἱ δὲ σατράπαι — κατηγόρουν ὡς παραβαίνοντος μόνου τοῦ Δανιήλου τὰ προστεταγμένα, μηδενὸς τῶν ἄλλων τολμῶντος προσεύχεσθαι τοῖς θεοῖς καὶ τοῦτ' οὐ δι' εὐσέβειαν, ἀλλὰ διὰ Φυλακὴν καὶ διατήρησιν ὑπὸ τοῦ Φθόνου. Ἀπὸ γὰρ μείζονος ἧς προσεδόκων εὐνοίας τοῦτο ποιεῖν τὸν Δαρεῖον ὑπολαμβάνοντες, — οὐ μετεβάλλοντο κ. τ. λ.. Codd. pro μηδενὸς τῶν praebent: μηδενὸς γὰρ τῶν· quo recepto sic locum constituit Dindorfius: ... προστεταγμένα, (μηδενὸς γὰρ τῶν ἄλλων τολμῶντος προσεύχεσθαι τοῖς θεοῖς,) καὶ τοῦτ' οὐ... reliquis intactis. Atqui sic verba l. 3 ἀλλὰ διὰ Φυλακὴν καὶ διατήρησιν ὑπὸ τοῦ Φθόνου nullo modo intelligi possunt. Nec vero εὐσέβειαν ibid. ferendum est. De conjectura sic edidit Hudsonus. Codd. ἀσέβειαν. Denique quorsum l. 5 τοῦτο ποιεῖν pertineat, nemo facile dixerit. Mihi dubium non est, quin inter διατήρησιν et ὑπὸ plura desiderentur; h. m. ... προστεταγμένα. Μηδενὸς γὰρ τῶν ἄλλων τολμῶντος προσεύχεσθαι τοῖς θεοῖς, καὶ τοῦτ' οὐ δι' ἀσέβειαν ἀλλὰ διὰ Φυλακὴν καὶ διατήρησιν **** ὑπὸ τοῦ Φθόνου. Ἀπὸ κ. τ. λ.. Priora usque ad διατήρησιν Vetus int. satis illustrat: ... *tanquam solus Daniel ejus praecepta transcenderet: quia dum nullus alter apud eos* (leg. Deos) *orare praesumpserit, quod non quidem propter* impietatem, *sed propter custodiam fieret praeceptorum*, ille contemnens praecepta ad suum oraret Deum. — Reliquorum sententia e Daniel. VI. vs. 15 perspicitur. Scilicet ita fere Josephum perrexisse credibile est: *Rex autem magno dolore afficiebatur, nec quidquam*

intentatum relinquebat, ut Danielum servaret. Quo facto illi magis etiam exarserunt invidia. Nam caet. Ita τοῦτο ποιεῖν l. 5 erit: *Danielum servare velle.* — Antt. XIII. 8. 2. p. 502. l. 30 Οἱ δὲ πολλὰς ἐκδρομὰς ἀντεπινοοῦντες, εἰ μὲν ἀφυλάκτοις που προσπέσοιεν τοῖς πολεμίοις, πολλὰ ἔδρων αὐτοὺς, αἰσθομένοις δὲ, ἀνεχώρουν εὐχερῶς. Sic Hudsonus de conjectura. Multo melius Coccejus: αἰσθομένων, quod Richterus et Dindorfius receperunt. At enim codd. ad unum omnes αἰσθομένους. Unde aliquando conjeci: αἰσθομένους δ' εἰ καταλάβοιεν. Sed Vetus int.: *si vero praesensisse eos cognoscerent innocui redibant.* Itaque nunc potius legam: αἰσθομένους δ' εἰ καταμάθοιεν. Illud quidem certe constat, αἰσθομένους retinendum esse; et post δὲ aliquid intercidisse. — E Josepho plura his addere nolo. Sed potius Plutarchi locum, itidem lacuna laborantem, corrigere tentabo; De facie in orb. lun. c. 22. p. 936. A. ...ἐπιβάλλει γὰρ ἡ σκιὰ τοῦ ὄρους, ὡς ἔοικε, χαλκέῳ τινὶ βοϊδίῳ, μῆκος ἀποτείνουσα διὰ τῆς θαλάττης οὐκ ἔλαττον ἑπτακοσίων σταδίων, τὸ κατασκιάζον ὕψος εἶναι διὰ τὴν αἰτίαν· ὅτι πολλαπλασίους αἱ τοῦ φωτὸς ἀποστάσεις τῶν σωμάτων τὰς σκιὰς ποιοῦσι. Legendum suspicor: ...σταδίων, (ὥστε πολὺ μείζων ἢ) τὸ κατασκιάζον ὕψος εἶναι. Διὰ τίν' αἰτίαν; Ὅτι πολλαπλασίους κ. τ. λ..

ANTT. JUD. LIB. IV.

Cap. II. §. 2.. P. 114. l. 49 ἀχθόμενος ὅτι ταύτης τῆς δόξης δικαιότερον αὐτῷ πλουτεῖν ἐκείνου μᾶλλον, μὴ χείρων ὢν κατὰ γένος, αὐτὸς ὑπέλαβε. Παρά τε κ. τ. λ..] Ernestius: »Primo arbitror pro αὐτῷ πλουτεῖν μᾶλλον legendum: αὐτῷ τῷ πλουτεῖν. Deinde pro αὐτὸς leg. αὐτὸν, ut ordo sit: ὑπέλαβεν αὐτὸν δικαιότερον τῆς δόξης etc.

αὐτῷ τῷ πλουτεῖν μ. etc."— Quanto melius Dindorfius locum sic edidit: ... ὑπὸ Φθόνου (καὶ γὰρ Φυλέτης ὢν ἐτύγχανεν αὐτοῦ καὶ συγγενής,) ἀχθόμενος, ὅτι ταύτης τῆς δόξης δικαιότερον ἂν [τῷ πλουτεῖν ἐκείνου μᾶλλον, μὴ χείρων ὢν κατὰ γένος] αὐτὸς ἀπέλαυε, παρά τε κ. τ. λ.. Nam ἀπέλαυε pro ὑπέλαβε e Samb. receptum est; eodemque spectat, quod habent Reg. a et b, quorum ille ἀπέλαβε, hic ἀπήλαβε. Deinde ἂν τῷ pro αὐτῷ aeque certum arbitror, ac si in codd. repertum esset. Verum nulla videtur esse ratio, cur verba τῷ π. ἐ. μ. μ. χ. ὢ. κ. γένος pro insititiis habenda sint. Collat. Big. Hudsoni et Samb. praebent: ἀχθόμενος οὖν· quo recepto, sic locum constituam: ... χαλεπῶς εἶχεν ὑπὸ Φθόνου· καὶ γὰρ Φυλέτης ὢν ἐτύγχανεν αὐτοῦ καὶ συγγενής. Ἀχθόμενος οὖν, ὅτι ταύτης τῆς δόξης δικαιότερον ἂν (τῷ πλουτεῖν ἐκείνου μᾶλλον, μὴ χείρων ὢν κατὰ γένος) αὐτὸς ἀπέλαυε, παρά τε κ. τ. λ. Ultima παρά τε efficiunt apodosin: *et apud Levitas, et maxime apud cognatos clamabat* caet.. Deinde quod in superioribus l. 44, 45 et 48 significaverat Josephus, idem h. l. parenthesi interposita disertius declaravit. Verebatur scilicet, ut satis perspicue locutus esset. Nam haec quoque causa fuit, non solum elegantiae quoddam studium, cur tam saepe prolixa uteretur oratione. At, dixerit quispiam, ἂν αὐτὸς ἀπέλαυε durissime disjuncta sunt. Non durius, opinor, quam pro Josephi consuetudine; cf. v. c. Antt. VIII. 6. 5. p. 301. l. 36 Πεισθῆναι γὰρ ὑπὸ τῆς πείρας, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τῆς ἀκοῆς (ἣν εἰκός ἐστι καὶ ψευδεῖ δόξῃ συγκατατίθεσθαι καὶ μεταπεῖσαι πάλιν, ὅλη γὰρ ἐπὶ τοῖς ἐπαγγέλλουσι κεῖται) θέλουσα πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν διέγνω κ. τ. λ.. Plura ad V. 1. 5 colligemus. Ejusdem consuetudinis observatione alia quoque loca corrigenda sunt: v. c. Antt. II. 14. 5. p. 73. l. 13 Φαραώθης δὲ οὐ τοσοῦτον ὑπὸ ἀΦροσύνης, ὅσον ὑπὸ κακίας, αἰσθόμενος τῆς αἰτίας, ὅμως ἀντεΦιλονείκει τῷ Θεῷ καὶ τοῦ κρείττονος ἑκὼν προδότης ἐγένετο. Participium αἰσθόμενος non recte se habet. Requiritur αἰσθανόμενος, tempore im-

perfecto. Ecce autem codd. praebent: αἰσθανόμενος γάρ. Sine dubio scribendum est: ... ὅσον ὑπὸ κακίας (αἰσθανόμενος γὰρ τῆς αἰτίας, ὅμως ἀντεφιλονείκει τῷ Θεῷ) τοῦ κρείττονος κ. τ. λ..

Cap. II. §. 2.. P. 115. l. 3—9 παρὰ τοὺς νόμους — ἀφαιρεῖται] In superioribus hic est ordo verborum: δεινὸν εἶναι λέγων περιορᾶν Μωϋσῆν κ. τ. λ.. Monui propter Ernestium, cui περιορᾶν delendum esse videbatur. — Lin. 5 Τυράννου τε. Voculam τε ex uno Busb. receperunt editores. Reliqui libri omnes δέ. — L. 6 καταχαριζόμενον incertum est. Vat. καταχαριζομένῳ. Quatuor alii libri: χαριζομένου. Legam: καταχαριζομένου, sc. Μωϋσέως· qua interpunctione mox infra dicam. De καταχαρίζεσθαι cf. Antt. IV. 8. 14. p. 157. l. 4. X. 11. 1. p. 591. l. 33 alibi. — L. 7 pro ἤδη Vet. int. videtur legisse δέ. Scilicet nec vim vocis ἤδη, nec loci rationem perspexit. Quocirca δὲ nollem recepisset Dindorfius. — L. 7 τό τε λεληθότως. Dindorfius recte τε delevit. — L. 9 pro ἀφαιρεῖται codd. Reg. a. Samb. et Voss. ἀφήρηνται, quod recipi posse negat Bernardus, nisi in antecc. ἄκοντες et συνιέντες corrigatur. Verum quidni ἀφήρηνται transitive accipiatur, ut subjectum sit, aut plane indefinitum, *quicunque hoc faciant*, aut *Moyses et Aaron*. Ἀφηρῆσθαι transitive positum cum dupl. acc. habes, et alibi saepissime, et Antt. XIX. 1. 12. fin. p. 740. l. 36. Quod autem, si subjectum verbi ἀφήρηνται sit Moyses et Aaron, subito Josephus ita a sing. ad plur. transit, ut quae prius soli Moysi crimina objici fecerit, nunc eadem Aaroni cum eo communicata fuisse dicat, neminem morabitur, si quidem paulo post l. 11 seqq. idem prorsus obtinet. Quamquam haud scio an melius sit in eam partem, quae cautior est, peccare, vulgatamque retinere, dummodo ἀφαιρεῖται sic accipiatur, ut Moysem, non τὸ λεληθότως ὑβρίζειν subjectum habeat. Nec vero, si quis ἀφήρηται corrigere velit, valde repugnabo. Quoquo modo se res habet, aliquanto melius, quam

vulgo factum est, sic verba constitui possunt: παρὰ τοὺς νόμους μὲν τἀδελφῷ τὴν ἱερωσύνην Ἀαρῶνι δόντα, μὴ τῷ κοινῷ δόγματι τοῦ πλήθους, ἀλλ' αὐτοῦ ψηφισαμένου. Τυράννου δὲ τρόπῳ καταχαριζομένου τὰς τιμὰς οἷς ἂν θελήσῃ, χαλεπώτερον ἤδη τυγχάνειν τοῦ βιάζεσθαι τὸ λεληθότως ἐξυβρίζειν, ὅτι μὴ μόνον ἄκοντας, ἀλλὰ μηδὲ συνιέντας τῆς ἐπιβουλῆς τὴν ἰσχὺν ἀφαιρεῖται. — De ἤδη cf. Antt. XV. 9. 1. p. 602. l. 34. Plutarch. vit. Lycurg. c. 18 init. Adv. Stoic. c. 12. p. 1064. D. caet..

Cap. II. §. 4.. P. 116. l. 51 Καὶ θυμιάσατε συνελθόντες κ. τ. λ..] Καὶ in optimis codd. deest. Legam igitur: Θυμιάσατε οὖν ἐλθόντες. — Lin. 53 pro vulgato κρινεῖεν Dindorfius correxit κρίνῃ. — Reliqua p. 117. l. 1 τῆς ἐπὶ τἀδελφῷ διαβολῆς ὡς κεχαρισμένου τὴν τιμὴν αὐτῷ ῥυόμενος, sanissima sunt, sed interpretationis lucem desiderant. Nimirum voce κεχειροτονήσεται Moysis ad populum orationem finiri existimem, ut quae sequuntur: τῆς ἐ. τ. δ. ὡ. κ. τ. τ. α. ῥυόμενος, e sua ipsius persona Josephus addiderit, quo melius scilicet Moysis consilium a lectoribus perspiceretur. Sed age locum dilatemus quodammodo ac diducamus; ita facillime, quae sit ejus sententia apparebit: ... κεχειροτονήσεται· (ταῦτα δὴ ἔλεγεν ὁ Μωϋσῆς) ῥυόμενος τῆς ἐπὶ τἀδελφῷ διαβολῆς (ᾗ αὐτὸν διέβαλλον οἱ Ἰσραηλῖται) ὡς κεχαρισμένου (sc. Μωϋσέως) τὴν τιμὴν αὐτῷ (sc. Ἀαρῶνι). — Ῥυόμενος significat: *liberans*, *purgans se* criminatione; quod quin recte dicatur, nemo dubitabit, qui locum de B. J. III. 5. 7. attente consideraverit: ταῖς γὰρ πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς τιμαῖς ῥύονται τοῦ δοκεῖν ὠμοὶ πρὸς τοὺς κολαζομένους. Sic recte licet ex uno cod. Cardwellus. Antea perperam legebatur: τὸ δοκεῖν. Militibus, qui strenue se gesserant, honorandis, Romanorum imperatores liberabant se ab opinione, quasi in eos, qui punirentur, crudeles essent. Ita ῥύεσθαι potestate reciproca praeditum satis superque confirmatum arbitror. Denique veniamus ad id, quod maxime hujus loci

intelligentiam continet; haud raro veteres ita locutos esse constat, ut, quum alterius verba retulissent, ipsi quaedam explicationis gratia aut adderent, aut interponerent, nec tamen ea satis diligenter a reliqua oratione distinguerent. Quod genus optime tractavit C. F. Fritzschius, interpres N. T. primarius, ad Matth. VIII. 4. Ex iis autem, quae vir praestantissimus attulit, exemplis non nisi unum adscribam, quod quidem ad nostram causam prae caeteris utile videtur esse: Xenoph. Anab. VII. 1. 2 ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· ἀλλ' εὖ τε λέγετε, καὶ ποιήσω ταῦτα· εἰ δὲ τούτων ἐπιθυμεῖτε, θέσθε τὰ ὅπλα ἐν τάξει ὡς τάχιστα· βουλόμενος αὐτοὺς κατηρεμίσαι. Flaviana exempla haec sunt: Antt. I. 5. 8. p. 12. l. 24 Σημανῶ δὲ ὑμῖν παῦλαν ἐσομένην τοξείᾳ τῇ ἐμῇ· τὴν Ἶριν ἀποσημαίνων, τόξον γὰρ κ. τ. λ.. Quo loco σημανῶ est conjectura Hudsoni. Codd. σημαίνω, quod fortasse retineri poterat. (Omnino saepius apud Josephum fut. pro praes. sine causa substituerunt viri docti: v. c. Antt. I. prooem. §. 4. p. 4. l. 21 ὑπερβαλοῦμαι. Optimos codd. ὑπερβάλλομαι praebere longe verosimillimum est. Ibid. c. 1. §. 1. p. 4. l. 40 dubium vix esse potest, quin ἀναβάλλομαι recipiendum sit.) — Antt. VII. 12. 4. p. 271. l. 59 sic vulgo editur: ... ὁ Δαυΐδης τοῖς ἑταίροις, »καλὸν ὕδωρ, εἶπεν, ἔχομεν ἐν τῇ πατρίδι μου, καὶ μάλιστα τὸ ἐν τῷ λάκκῳ τῷ πρὸς τῇ πύλῃ," θαυμάζων εἴ τις ἐξ αὐτοῦ πιεῖν αὐτῷ κομίσειε, μᾶλλον ἐθελήσειν ἢ εἰ πολλὰ χρήματα δοίη. Distingue: ὁ Δαυΐδης τοῖς ἑταίροις, »καλὸν ὕδωρ, εἶπεν, ἔχομεν ἐν τῇ πατρίδι μου," καὶ, μάλιστα τὸ ἐν τῷ λάκκῳ τῷ πρὸς τῇ πύλῃ θαυμάζων, εἴ τις ἐξ αὐτοῦ πιεῖν αὐτῷ κομίσειε, μᾶλλον ἐθελήσειν, ἢ εἰ πολλὰ χρήματα δοίη. Est primum transitio e directa oratione in obliquam: καλὸν ὕδωρ ἔχομεν εἶπεν, καὶ (εἶπεν) — μᾶλλον ἐθελήσειν. Tum μάλιστα τὸ ἐν τῷ λάκκῳ τῷ πρὸς τῇ πύλῃ θαυμάζων non Davidis putari debent, sed Josephi orationem Davidis, quam referre instituerat, amputantis quasi ac praecidentis. Θαυμάζων est *admirans*, nempe non tacite, sed laudibus ejus

commemorandis, ad sensum: *extollens;* id quod non perspectum maxime videtur in causa fuisse, cur locus non intelligeretur. — Antt. VIII. 13. 5. p. 322. l. 17 Νῦν μέντοι γε ἀπελθόντα ἐκέλευε πάντα τὸν λαὸν εἰς τὸ Καρμήλιον ὄρος ἀθροῖσαι πρὸς αὐτὸν, καὶ τοὺς προφήτας αὐτοῦ καὶ τῆς γυναικὸς, εἰπὼν ὅσοι τὸν ἀριθμὸν εἴησαν, καὶ τοὺς τῶν ἀλσέων κ. τ. λ..

Cap. III. §. 2.. P. 118. l. 41. Τοῦτο γὰρ σῆς ἐπίδειξις ἂν ἰσχύος ἅπασι γένοιτο καὶ διδασκαλία, σωφροσύνης δὲ εἰς τοὺς ταῦτα πείσεσθαι περὶ σοῦ δοξάζοντας οὐχ ὅσια.] Bernardi conjecturam: διδασκαλία σωφροσύνης εἰς τοὺς recepit Dindorfius. — Quod sublata distinctione, διδασκαλία σωφροσύνης conjunxerunt, nemo factum improbabit, qui locum hujus libri c. 8. §. 24. p. 142. l. 1 οὗ δ' ἂν οἱ λόγοι (sic enim vulgatum: εἰ δ' οἱ λόγοι ad codd. vestigia pulcre correxit Dindorfius.) καὶ ἡ παρ' αὐτῶν διδασκαλία τοῦ σωφρονεῖν τὸ μηδὲν εἶναι φανῶσι κ. τ. λ.. consideraverit. Sed particulam δὲ ita demum recte deletam esse concederem, si hac ratione omnia, quibus merito offendimur, sublata essent. At enim duo supersunt, eaque gravissima, quae locum etiamnum vitiosum esse non arguunt tantum, sed propemodum clamant. Primum διδασκαλία εἰς τοὺς δοξάζοντας, ut possit explicari, vereor tamen, ne non recte dicatur. Exemplum quidem certe talis constructionis usque adhuc frustra quaesivi. Deinde verbis ταῦτα πείσεσθαι quid tandem faciemus? Dindorfius uncis ea circumdedit, voluitque adeo tanquam glossema, seu potius glossematis partem, delere. Parum probabiliter. Quid est enim nodum secare, si hoc non est? — Nobis pro δὲ εἰς τοὺς, duabus tantum literis deletis legendum videtur: δέει τοῦ· ita nihil quidquam supererit, in quo merito quis haereat. Τοῦτο γὰρ σῆς ἐπίδειξις ἂν ἰσχύος ἅπασι γένοιτο καὶ διδασκαλία σωφροσύνης δέει τοῦ ταῦτα πείσεσθαι περὶ σοῦ δοξάζοντας οὐχ ὅσια. — Pro ταῦτα noli tentare ταὐτά. Neque enim eandem, sed similem,

vel dicam potius aeque gravem, poenam intelligi voluit scriptor. Et quidem saepissime sic ταῦτα usurpari satis constat. Antt. VII. 7. 4. p. 255. l. 3 quum vulgo legeretur: καὶ ταὐτὰ πασχόντων, ἃ μάλιστα συγκρύψαι τι θέλουσι συμβαίνει rectissime Dindorfius alteram lectionem ταῦτα praetulit. Ibid. §. 5. l. 40 ex uno Samb. etiamnum legitur ταὐτά. Multo malim cum reliquis ταῦτα. Cum his et conveniunt, et discrepant tamen nonnihil loci, qualis est Antt. VI. 12. 4. p. 218. l. 30 τοὐμοῦ παιδὸς Ἰωνάθου αὐτοῦ τε οὕτω φρονήσαντος, καὶ ὑμᾶς ταῦτα πείσαντος. Dindorfius ταὐτὰ correxit. Non assentior. Ταῦτα accipe οὕτω φρονεῖν. Nam quod apud alios scriptores saepissime factum esse norunt omnes, ut ταῦτα ad unam rem sit referendum, id Josephus quoque haud raro fecisse deprehenditur. Antt. VIII. 11. 2. p. 315. l. 10 ὡς οὐ διαλέλοιπεν εἰς αὐτὸν ὑβρίζων καὶ ταῦτα ποιεῖν ὑμᾶς ἀναπεπεικώς· ubi rursus a Dindorfio, ταὐτὰ rescribente, dissentiendum mihi est. De B. J. V. 7. 4 vulgo legitur: Τοῦ δὲ εἰπόντος ἐπὶ δεξιᾷ καταβῆναι θέλειν, ὁ Τίτος συνήδεσθαι μὲν αὐτῷ τῆς εὐβουλίας ἔφη, συνήδεσθαι δὲ, εἰ πάντες ἤδη τὰ αὐτὰ φρονοῦσι· κ. τ. λ. Plerique codd. ταῦτα habent, nec aliter edd. Bas. et Gen.. Non erat abjiciendum. Ταῦτα sc. ἐπὶ δεξιᾷ καταβῆναι θέλειν. Praeterea συνήδεσθαι δὲ nescio quomodo displicet. Sententia postulat: ὑπερήδεσθαι, vel simile. Εἰ ad sensum h. l. idem valet, atque ὅτι, ut saepe. — Pergamus ad alia. Antt. XII. 5. 3. p. 446. l. 33 Πολεμοῦντος γὰρ αὐτοῦ πρὸς τὸν Φ. Π. — Ἐπιφανῆ, κακοπαθεῖν συνέβαινεν αὐτοῖς καὶ νικῶντος καὶ πταίοντος ταὐτὰ πάσχειν. Locus satis difficilis. Cod. Leid. Albertii habet ταῦτα πάσχειν. Quod fortasse recipiendum, deleto l. 32 κακοπαθεῖν. Sic ταῦτα πάσχειν erit πολλὰ ταλαιπωρῆσαι l. 28. Qui factum sit, ut κακοπαθεῖν adscriberetur, facillime intelligitur. Explicem: *Contigit iis, ut, et quum vinceret* (Antiochus), *et quum vinceretur, ista paterentur.* Certiora de loco Antt. XII. 5. 5. p. 459. l. 16 afferre possum. Verba haec sunt: Σοῦ δὲ τοῖς Ἰου-

δαίοις τῆς πονηρίας αὐτῶν ἀξίως χρησαμένου, οἱ τὰ βασιλικὰ διοικοῦντες, οἰόμενοι κατὰ συγγένειαν ἡμᾶς ταῦτὰ ποιεῖν ἐκείνοις, ταῖς ὁμοίαις αἰτίαις περιάπτουσιν, ὄντων ἡμῶν τὸ ἀνέκαθεν Σιδωνίων. Codd. ad unum omnes ταῦτα. Recte. Ταῦτα ποιεῖν est τὴν σαββάτων ἡμέραν σέβειν, vide l. 10, 11. Sed quid tum voce ἐκείνοις faciendum? Referatur ad κατὰ συγγένειαν. Κατὰ συγγένειαν ἐκείνοις est: *secundum cognationem* s. *pro cognatione cum illis*. Denique De vit. §. 35. p. 809. l. 46 Καὶ αὐτοῖς δὲ ταὐτὰ συνεβούλευον ποιεῖν. Sic vulgo ex uno tantum cod. Voss.. Reliqui ταῦτα· quo nihil verius. Intellige σιγᾶν.

Cap. IV. §. 2.. P. 120. l. 17 συνήγαγε τὸ πλῆθος εἰς ἐκκλησίαν, καὶ περιμένων ἠκροᾶτο εἰς ἀπολογίαν οὐ καθιστάμενος κ. τ. λ..] Pro περιμένων Big. Samb. et Vat. περὶ μὲν ὧν· quod deleto καὶ recipiam, h. m.: ...ἐκκλησίαν, περὶ μὲν ὧν ἠκροᾶτο κ. τ. λ.. Ejusdem generis medicinam alia quoque loca, satis multa, exspectant. Speciminis causa haec sufficiant. Antt. V. 4. 1. p. 168. l. 46 Καθιδρύσας δ᾽ αὐτῷ ἐν Ἱεριχοῦντι βασίλειον. Meliores codd. post Ἱεριχοῦντι addunt καὶ ταύτην ἀποδείξας. Legam: Καθιδρύσας δ᾽ αὐτὸν ἐν Ἱεριχοῦντι καὶ ταύτην ἀποδείξας βασίλειον. Conf. Lib. VII. 1. 3. p. 235. l. 20 βασίλειον δ᾽ ἐποίησεν αὐτῷ — Μάναλιν. — Antt. VI. 11. 8. p. 215. l. 50 πρὶν ἢ καταμαθεῖν εἴ τις ἐστὶ καὶ παρὰ τοῖς ἀπορρήτοις αὐτοῦ τῆς ψυχῆς νόσος. Pro εἴτις Reg. a et b ἥτις et pro νόσος Big. Samb. et Vat. γενέσθαι. Legendum: πρὶν ἢ καταμαθεῖν ἥτις ἐστὶ (nempe ἡ προαίρεσις τοῦ πατρὸς), καὶ (sc. πρὶν) παρὰ τοῖς ἀπορρήτοις αὐτοῦ τῆς ψυχῆς γενέσθαι. Vet. int.: *quoniam non cessabo frequenter tentans patris animum cognoscere, donec mihi ejus animi secreta pandantur*. — Ibid. c. 13. §. 9. p. 225. l. 43 ὃς κοιμωμένῳ παρέκειτο τῷ Σαούλῳ. Reg. a Big. Voss. et Samb. ὃς ἦν παρ᾽ αὐτῷ κείμενος κοιμωμένῳ τῷ Σαούλῳ. Eodem modo Reg. b et Vat. nisi quod κοιμωμένῳ omittunt. Hen. et Busb. τὸν παρ᾽ αὐτῷ κείμενον.

Deleto τῷ Σαούλῳ legam: ὃς ἦν παρ' αὐτῷ κείμενος κοιμωμένῳ, μηδενὸς κ. τ. λ..

Cap. VI. §. 8.. P. 128. l. 13 Κατ' οὐδ' ἑνὸς δὲ τούτων κ. τ. λ..] Bernardus conjecit: Κατ' οὐδενὸς δὲ τούτων ἄποροι ἐνθάδε οὖσαι ὑμῖν εἰς ὁμιλίαν ἥκομεν· in quo Vet. int. secutum se esse dicit. Dindorfius Κατ' οὐδενὸς τούτων reposuit, sed reliqua intacta reliquit. — Codd. Big. Samb. Voss. et Vat. praebent: Κατ' οὐδενὸς δὲ τούτων ἀποροῦσαι ἐνθάδ' ἥκουσαι ἡμεῖς εἰς ὁμιλίαν ἥκομεν. Unde sic rescribendum censeo: Κατ' οὐδὲν ὡς δὴ τούτων ἀποροῦσαι ἡμεῖς εἰς ὁμιλίαν ἥκομεν. — Asyndeton in κατ' οὐδὲν auget vim orationis. Κατ' οὐδὲν est: *nulla in parte*, cf. Antt. XIX. 1. 1. p. 733. l. 4. Δὴ ironicum notissimum est. Ad ἐνθάδ' ἥκουσαι quod attinet, sine dubio genuina sunt, sed alienum locum videntur occupare. Lin. 18 post ἐπείσθημεν inserantur. Hoc ita esse, certissime nos docet Vet. int.: *nihilque horum egentes venimus ad vestrum alloquium, nec questum speciosi corporis requirentes vestram nobilitatem adivimus, sed viros bonos et justos existimantes honorare vos xeniis, quibus indigeatis, advenimus.* Flavianae orationis copiam circumscripsit quodammodo. Itaque pro τιμῆσαι ... ἐπείσθημεν ἐνθάδ' ἥκουσαι simpliciter dixit: *honorare advenimus.* Si tantum ἐπείσθημεν in suis libris invenisset, nullo modo *advenimus* interpretatus esset. (Quod autem l. 16 προσηκάμεθα vertit *adivimus*, potestatem verbi προσίεσθαι non tenebat. Sic Antt. II. 9. 5. p. 61. l. 14 Μὴ προσεμένου δὲ αὐτοῦ τὴν θηλὴν vertit: *quo non accedente ad illius ubera;* deinde ibid. l. 22 pro τάχ' ἂν πρόσοιτο θηλὴν ὁμοφύλου dixit: *poterit ubera excipere.* Quocirca frustra quis *admisimus*, vel simile, conjecerit.) En igitur locum Josephi, prout eum legendum existimo: ... στοργή. Κατ' οὐδὲν ὡς δὴ τούτων ἀποροῦσαι ἡμεῖς εἰς ὁμιλίαν ἥκομεν, οὐδ' ἐμπορευσόμεναι τὴν ὥραν τοῦ σώματος προσηκάμεθα τὴν ὑμετέραν ἀξίωσιν, ἀλλ' ἄνδρας ἀγαθοὺς

καὶ δικαίους ὑπολαβοῦσαι τοιούτοις ὑμᾶς τιμῆσαι ξενίοις δεομένοις· ἐπείσθημεν ἐνθάδ' ἥκουσαι.

Cap. VII. §. 3.. P. 131. l. 46 εὑρῆσθαι] Dindorfius e Samb. a sec. manu εὑρέσθαι. Malim ex eodem a pr. manu et Reg. a εὕρασθαι scribere. Nam istiusmodi formae, ut non sunt temere scriptoribus obtrudendae, ita minime contra codd. fidem tolli debent; cf. Fritzschius ad Marc. p. 638. seqq. Itaque 'Antt. V. 8. 6. p. 179. l. 47 perperam Dindorfius iterum pro εὕρασθαι ex uno libro εὑρέσθαι reposuit. Etiam ab εἱλάμην Josephus non videtur abstinuisse, tametsi loca, quae huc pertinent dubitationem habent. Antt. XVII. 5. 5. p. 665. l. 45 vulgo legitur ἐπὰν εἵλω. Dindorfius Cocceji conjecturam ἐπανείλου recepit. Equidem lectionem cod. Lugd. ἐπανείλω veriorem judico. De B. J. VII. 8. 6. fin. αὗται γὰρ ἡμῖν τεθνηκόσι μαρτυρήσουσιν, ὅτι μὴ δι' ἔνδειαν ἐκρατήθημεν, ἀλλ', ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς διέγνωμεν, θάνατον εἱλάμεθα πρὸ δουλείας. Pro εἱλάμεθα e Dorvillianis, B. D. E., e Cardwellianis M. T. εἱλόμεθα. Big. Voss. et e Cardwellianis L. ἑλόμενοι, quod recte recepit Cardwellus. Nam quod unus P. habet εἱλάμενοι, hoc nemini, opinor, placebit. Caeterum revera Josephi orationem a dialecti Alexandrinae contagione non omnino liberam esse, docent εἴπαμεν Antt. XX. 8. 10. p. 785. l. 24. De vit. §. 2. p. 794. l. 1; προείπαμεν Antt. IX. 6. 2. p. 346. l. 4; inprimis autem 3. pers. sing. optativi εἴπειε, v. c. Antt. XVII. 2. 4. p. 657. l. 36, quae frequentissime in εἴποιεν corrupta est. Ac multis quidem locis eam restituerunt viri docti, v. c. Dindorfius Antt. III. 15. 3. p. 112. l. 10, idem Hudsoni exemplo Antt. XIX. 1. 17. p. 745. l. 46. Alibi etiammum restituenda est, v. c. Antt. IV. 3. 1. p. 117. l. 16 et Antt. V. 10. 3. p. 185. l. 26. Nonnunquam etiam corruptum istud εἴποιεν aliis praeterea corruptelis ansam dedit; v. c. Antt. I. 19. 8. p. 35. l. 14 Δὰν, θεόκριτον ἄν τινες εἴ-

ποιεν κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν. Leg. θεόκριτον ἄν τις εἴπειε κατὰ τ. Ἑ. γ..

Cap. VII. §. 2.. P. 133. l. 15 οὐκ ἂν ὄντες μακαριστοὶ καὶ ζηλωτοὶ πᾶσιν ἀτυχήσητέ ποτ' ἢ παύσησθε,] Ernestius: »Coccejus legendum putabat: οὐκ ἂν ἀτυχήσητέ ποτ' ἢ ὄντες μακαριστοὶ καὶ ζηλωτοὶ πᾶσι παύσησθε. Haec conjectura in textum recipienda erat: ita certa est." — Dindorfius edidit: οὐκ ἂν ὄντες μακαριστοὶ καὶ ζηλωτοὶ πᾶσιν [ἀτυχήσαιτέ ποτ' ἢ] παύσαισθε. Itaque verba ἀτυχήσαιτέ ποτ' ἢ pro spuriis videtur habere. — Mihi in mentem venit: οὐκ ἂν ὄντες μακαριστοὶ καὶ ζηλωτοὶ πᾶσιν ἀτυχήσαντές ποτε παύσαισθε. — Verba ἀτυχήσαντές ποτε, *adversas aliquando res experiundo*, ad solum verbum παύσαισθε, non item ad negationem, quae isti verbo adjuncta est, pertinent. Liberius sic locum vertam: *Non vos unquam rebus adversis afflicti, tales esse, quos merito beatos praedicent, et quibus aemulentur omnes, desineretis.* Conferantur velim quae hac ipsa §. p. 134. l. 6 leguntur: οὐ γὰρ ἐπ' ἐξόδου τοῦ ζῆν δυσχεραίνοντας καταλιπεῖν ἠξίουν εἰς ἀνάμνησιν Φέρων· ubi Coccejo, ἀξιῶν — Φέρω corrigere tentanti nemo quisquam interpretum, et recte quidem, assensus est. Antt. IV. 8. 24. p. 142. l. 9 Θαπτέσθωσαν δὲ καὶ οἱ πολέμιοι, καὶ νεκρὸς μηδὲ εἷς γῆς ἄμοιρος κείσθω περαιτέρω τοῦ δικαίου τιμωρίαν ἐκτίνων. Antt. V. 1. 25. p. 159. l. 29 Οὔτε γὰρ ὧν Μωϋσῆς προεῖπεν ἀπελείΦθητε, καταΦρονήσαντες ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθόντος, οὔτ' ἔστιν κ.τ.λ.. Antt. XIII. 5. 5. p. 492. l. 46 ἀπέκλεισαν γὰρ αὐτῷ (Ἰωνάθῃ) τὰς πύλας, καὶ τὸν Δημήτριον ἐγκαταλιπόντες οὐκ ἔγνωσαν Ἀντιόχῳ προσχωρῆσαι. Sententia satis aperta est. Noluerent Gazaei sese Antiocho adjungere, quoniam, si hoc facerent, Demetrius ipsis relinquendus erat. Sed verborum collocatio vitiosa videtur. Verba τὸν Δημήτριον ἐγκαταλιπόντες, aut post οὐκ ἔγνωσαν ponenda, aut in finem sententiae post προσχωρῆσαι rejicienda sunt. H. l. prius praeferam. Cujus judicii ra-

tiones exponere, et longum est, nec necessarium. Vulgata hoc tantum significare posse videtur: *et, quamvis Demetrium reliquissent, noluerent sese Antiocho adjungere.* Porro conferendus est locus Ep. Jacobi, I. 22 Γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγου, καὶ μὴ μόνον ἀκροαταὶ παραλογιζόμενοι ἑαυτούς. Neque non apud Romanos similia reperiuntur: Cicero, De Nat. Deor. I. 10 init.: *Qui vero mundum ipsum animantem sapientemque esse dixerunt, nullo modo viderunt, animi natura intelligentis in quam figuram cadere posset.* Sic edidit Orellius. Equidem haud scio an codd. plerorumque lectio, quam Ernestius in pr. ed. Heindorfius et Moserus receperunt, verissima sit: *Qui vero mundum ipsum animantem sapientemque esse dixerunt, nullo modo viderunt animi naturam, intelligentes in quam figuram cadere posset.* Ultima *intelligentes in quam figuram cadere posset* ita sunt conjungenda cum *viderunt*, ut ab antegressa negatione *nullo modo* prorsus segregentur. Hoc voluit Cicero: nullo modo isti animi naturam viderunt, nam, si vidissent, intellexissent profecto, in quam figuram cadere posset. — Ejusdem rationis observatione duos praeterea locos flavianos sanasse nobis videmur. Prior est Antt. XIII. 15. 1. p. 517. l. 12 Μιλησίου δὲ, ὃς καταλέλειπτο τῆς ἄκρας Φύλαξ, καὶ τῶν Δαμασκηνῶν παραδόντος αὐτῷ τὴν πόλιν, ἀχάριστος εἰς αὐτὸν γενόμενος καὶ μηδὲν ὧν ἐλπίσας ἐδέξατο αὐτὸν παρασχών, ἀλλὰ τῷ παρ' αὐτοῦ Φόβῳ βουληθεὶς δοκεῖν παραλαβεῖν τὴν πόλιν ἢ τῇ χάριτι τῇ Μιλησίου, μὴ δωρούμενος αὐτὸν οἷς ἐχρῆν ὑπωπτεύετο καὶ πάλιν ἐκπίπτει τῆς Δαμασκοῦ. Quin καὶ l. 13 ante τῶν Δαμασκηνῶν corruptum sit, dubitari nequit. Dindorfius voculam delevit, ac interpunctione ... τῆς ἄκρας Φύλαξ, τῶν Δαμασκηνῶν· quod vere dicam perversissimum videtur. Nam ejusmodi collocatio verborum haud magis ferenda est, quam si Belgice dicas: *Als nu Milesius der Damascenen stad aan hem had overgegeven.* Multo melius Hudsonus conjecerat, pro καὶ legendum esse μετά. Vet. int.: *Tunc Milesius, qui*

custos arcis relictus erat, simul cum Damascenis civitatem Philippo tradidit. Scribendum igitur: μετὰ καὶ τῶν Δ.. Conf. Antt. p. 301. l. 27. p. 407. l. 22. p. 436. l. 36. p. 486. l. 47 caet.. Sed veniamus ad id, cujus maxime causa locum hunc tractandum suscepimus. Μὴ aute δωρούμενος de conjectura Hudsonus inseruit. Postea voculam in uno Lugd. reperit Havercampius. Non magis hic nobis audiendus est Hudsonus, quam apud Ciceronem l. l. Lambinus, corrigens: *mullo modo viderunt animi naturam* non *intelligentes, in quam figuram cadere posset.* Verba Josephi, deleto μὴ, sic interpungenda sunt: ...ἀλλὰ τῷ παρ' αὐτοῦ φόβῳ βουληθεὶς δοκεῖν παραλαβεῖν τὴν πόλιν ἢ τῇ χάριτι τῇ Μιλησίου δωρούμενος αὐτὸν οἷς ἐχρῆν, ὑπωπτεύετο καὶ πάλιν κ. τ. λ.. Indicant δωρούμενος οἷς ἐχρῆν, qua ratione Philippus Milesii gratia Damascum cepisse visus esset. Explicem: *sed quum sui terrore maluisset videri urbem cepisse, quam gratia Milesii*, id quod futurum esset, *si donaret eum, quemadmodum oportebat, in suspicionem venit* caet. — Alter locus est De B. J. I. 14. 1. ...τῷ δὲ ὄντι προαιρούμενος κατασχεῖν τὰ Ἀντιπάτρου χρέα, καὶ μηδὲν εἰς τὰς ἐκείνου δωρεὰς ἀ ν τ ι π α ρ α σ χ ε ῖ ν χρήζουσι τοῖς τέκνοις δυσωπεῖσθαι. Συμβούλοις δ' ἐχρῆτο τῆς ἀναιδείας τοῖς ὁμοίως ἀποστερεῖν τὰς Ἀντιπάτρου παρακαταθήκας ἐθέλουσιν, κ. τ. λ.. Pro ἀντιπαρασχεῖν Lugd. et N. praebent ἀντιπάσχειν. Δυσωπεῖσθαι deest in uno cod. gall., qui tamen vocem in marg. adscriptam habet. In Bodl. et Rost. legitur: ἀντιπαρασχεῖν τοῖς τέκνοις χρήζουσι, συμβούλοις χρώμενος τῆς ἀναιδείας τοῖς. Denique M. exhibet: ...ἀντιπαρασχεῖν χρήζουσι τοῖς τέκνοις ὁμοίως. Συμβούλοις δ' ἐχρῆτο τῆς ἀναιδείας τοῖς ἀποστερεῖν. Virorum doctorum sententias percensere supersedebo. Corrige: καὶ μηδὲν εἰς τὰς ἐκείνου δωρεὰς ἀ ν τ ι π α ρ α σ χ ὼ ν χρήζουσι τοῖς τέκνοις δυσωπεῖσθαι. Συμβ. κ. τ. λ., et loci ratio optime constabit. Καὶ (προαιρούμενος) μηδὲν εἰς τὰς ἐκείνου δωρεὰς δυσωπεῖσθαι primariam efficiunt sententiam. Interponuntur autem ἀντιπαρασχὼν χρήζουσι τοῖς τέκνοις, ut

aprareat, quid Malichum facere oportuisset, si in mortuum Antipatrum ingratus esse noluisset. Vertam: *neque quidquam ad illius beneficia, indigentibus ejus liberis rependendo, verecundia flecti.* Quam saepe autem infinitivi et participia in codd. permutentur, neminem potest latere.

Ad idem genus, quod dudum tractamus, ejusmodi quoque referendi sunt loci, qualis hic est Antt. IV. 2. 2. p. 115. l. 15 Συμφέρειν δὲ τῷ πλήθει τοὺς τοιούτους ἔτι λανθάνειν οἰομένους κολάζειν, καὶ μὴ π α ρ ε λ θ ε ῖ ν ε ἰ ς δ ύ ν α μ ι ν ἐ ά σ α ν τ α ς φανεροὺς ἔχειν πολεμίους. Antt. VII. 12. 4. p. 271. l. 45 ὡς τοὺς Παλαιστινοὺς, —, ἠρεμῆσαι καὶ μηδὲν ἔπ' αὐτοὺς τολμῆσαι κ α τ α φ ρ ο ν ή σ α ν τ α ς τ ῆ ς ὀλιγότητος. Antt. XIX. 1. 17. p. 745. l. 39 Φείδεσθαι οὖν, καὶ μὴ τόλμης ἀλλοτρίας παρὰ τῶν οὐδὲν ἐν αἰτίᾳ γενομένων ἀπολαμβάνειν τιμωρίαν, π α ρ έ ν τ α ς ἐ ν ἐ ρ ε ύ ν ῃ τ ῶ ν π ε π ρ α χ ό τ ω ν, ὅ τι καὶ πεπραγμένον εἴη, κ α τ α σ τ ῆ ν α ι. Havercampius: »Lugd. τι παρέντας ἐρεύνῃ. Quam lectionem invenisse se etiam testari videtur Epiphanius vertens: *sed acquirerent commissores, si tamen aliquod scelus probaretur esse commissum.*" Imperite. Neque lectio cod. Lugd. quidquam boni habet, et Vet. int. aperte locum non intellexit. Haud magis versio Hudsoni satisfacit: *Illis* (in ed. Dind. est *Ipsis*) *itaque parcere deberent, nec poenas aliorum audaciae ab omni culpa vacuis reposcere, sinerentque in facinoris, quodcunque commissum esset, auctores inquirere.* Παρέντας cum verbo ἀπολαμβάνειν τιμωρίαν arcte cohaeret; significatque h. l. παριέναι non tam *sinere*, quam *praetermittere*, *negligere*, *supersedere.* Vertam: *Parcerent igitur, nec alienae audaciae ab insontibus poenam reposcerent, negligentes in facinoris, quodcunque commissum esset, auctores inquirere*, i. e. omnino autem ab insontibus poenam reposcerent, si in facinoris auctores non inquirerent. — Antt. XIX. 2. 4. p. 751. l. 6 vulgo legitur: Οἱ μὲν γὰρ ἀποσημαίνειν ἔφασαν τὸν λόγον ὡς συμβουλευομένης ἀποστάντα μανιῶν καὶ τοῦ εἰς τοὺς πολίτας ὠμοῦ μετρίως καὶ μετὰ ἀρετῆς ἐξηγεῖσθαι

τῶν πραγμάτων, μὴ παρ' αὐτῶν ἀπολέσθαι τρόπῳ τῷ αὐτοῦ χρώμενον. Fuit, quum pro μὴ conjicerem καὶ μὴ παρ' αὐτῶν. Cui conjecturae haud scio an faveat cod. Lugd., in quo legitur: πραγμάτων, καὶ παρ' αὐτῶν. Ne nunc quidem sententiam facile mutaverim. Ad χρώμενον quod attinet Ernestius pronuntiavit: »Scribend: χρωμένων." Fecerunt Richterus et Dindorfius. Male. Τρόπῳ τῷ αὐτοῦ χρώμενον ad unum ἀπολέσθαι pertinet. Suasisse Cajo putabatur a nonnulllis Caesonia, ut furere desineret, nec a civibus interimeretur moribus suis utens; i. e. nec interitum sibi a civibus conciliaret moribus suis utendo, sive, id quod necessario futurum esset, si moribus suis uti pergeret. Caeterum vide ad lib. XI. 3. 4. — Cum his autem comparari possunt Ciceronis haec, de Amic. c. 18. §. 66 ... *deinde, non solum ab aliquo allatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum*, semper aliquid existimantem ab amico esse violatum.

Juvat et alias quoque hujus usus veluti formas percensere. Ac primum quidem genitivos, qui dicuntur, absolutos eodem nonnunquam modo usurpatos reperimus. Antt. IV. 6. 12. p. 130. l. 12 ἔργῳ τὴν δίκην αὐτὸν εἰσπράξασθαι διαγνοὺς, καὶ κωλῦσαι διαβῆναι τὴν παρανομίαν εἰς πλείονας, τῶν ἀρξαμένων οὐ κολαζομένων, τόλμῃ δὲ κ. τ. λ.. Quo loco primum de αὐτὸν post δίκην videndum est. Ernestius: »*Re poenam sumere.* Alii tamen codd. et edd. αὐτῶν. Recte. Nescio, cur illud αὐτὸν receptum sit. Nam si ad Phineam referretur, esse deberet αὐτὸς, quia post est διαγνούς." Revocavit αὐτῶν Dindorfius. Atqui αὐτὸν habent Big. et Samb., quorum non est contemnenda auctoritas. Potest autem lectio, et facillime, et rectissime, explicari, si αὐτὸν non Phineesem intelligimus, sed Zambriam. Εἰσπράττεσθαι cum dupl. acc. nihil habet insoliti; vide Antt. V. 8. 8. p. 180. l. 33. Ibid. VII. 6. 1. p. 248. l. 38 et XVIII. 6. 3. p. 708. l. 52. Contra αὐτῶν, quomodo sit accipiendum, nescire me fateor. An hoc intelligi volunt: *quum poenam, quam opor-*

teret, (haec enim est vis articuli) *ab iis* i. e. Zambria ejusque sociis, *sumere decrevisset?* At sic omnino παρ' αὐτῶν scribendum fuisset. Conferendus est locus Antt. XIV. 2. 2. p. 527. l. 6 Παρασπονδηθέντες δὲ οἱ ἱερεῖς ηὔξαντο τῷ Θεῷ δίκην αὐτῶν εἰσπράξασθαι παρὰ τῶν ὁμοφύλων· ubi Ernestio pro αὐτῶν corrigere tentanti αὐτοῖς recte mea sententia non obtemperavit Dindorfius. Αὐτῶν neutro genere accipiam: *eorum*, *quae perpetrassent populares.* Nam dictio δίκην s. τιμωρίαν τινὰ εἰσπράττεσθαι genitivum adjunctum habere potest, sed peccati, quod quis admiserit; cf. Antt. VII. 6. 1, quem locum, supra jam notatum, hic etiam adscribere non supervacaneum putavi: καὶ τιμωρίαν αὐτῶν τῆς παρανομίας τῆς εἰς τοὺς πρεσβευτὰς εἰσπραξόμενος τὸν βασιλέα. Illic αὐτῶν similiter explicare possis: τῶν πεπραγμένων, l. 11. Sed obstat totius sententiae ratio. Deinde, ut verba l. 15—18 τόλμη — λαβεῖν in parenthesi ponantur, quemadmodum fecit Dindorfius, necessarium non videtur. Inprimis autem illa τῶν ἀρξαμένων οὐ κολαζομένων attendi velim. Pertinent ad unum διαβῆναι, non ad κωλῦσαι διαβῆναι, neque ad negationem, quam ista dictione contineri nemo non sentit. Explicem: *prohibereque ne ad plures manaret seditio*, id quod futurum esset, *si auctores* (et Zambrias et ii, quorum l. 20 fit mentio) *non punirentur.* — Antt. XVII. 5. 6. p. 667. l. 19 ...διὰ τὸ μήτε εὐνοίᾳ τῇ πρὸς Ἡρώδην λέγειν τοὺς πολλοὺς μήτε ὑποψίᾳ κινδύνων σιγῆς ἐφ' οἷς ἔχοιεν εἰπεῖν ἐγκαλουμένης, ἀλλὰ κ. τ. λ.. Quorum haec est sententia: ... *quod neque ad regis gratiam plerique loquerentur, neque metu periculorum*, quae quidem pericula ita demum illis timenda fuissent, *si accusarentur*, *quod quae dicenda haberent, silentio tradidissent.* Caeterum, ut fecit Dindorfius, post ἐγκαλουμένης minor distinctio ponenda est. Nam ad ἀλλὰ mente repeti debet: διὰ τὸ λέγειν τοὺς πολλοὺς κ. τ. λ.. — Nec vero solum in participiis eadem sive epexegeseos ratio, sive breviloquentia cernitur. Antt. III. 8. 5. p. 99. l. 35 Ἐπέδειξε δὲ

αὐτὸν ὁ Θεὸς ᾔσθέντα τῷ ἔργῳ τῶν Ἑβραίων, καὶ μὴ μάτην αὐτοὺς πονήσαντας ὑπερηφανείᾳ τῆς χρήσεως, ἀλλὰ κ. τ. λ.. Pessime Vet. int. ὑπερηφανείαν accepit *pulcritudinem*, nec debebat ejus auctoritate Coccejus pro χρήσεως conjicere κτίσεως vel οἰκήσεως. Hoc voluit Josephus: *ostendit Deus Hebraeos non frustra laborasse*, quod quidem fecisset, *si tabernaculi usum aspernatus esset*. Potuerat etiam ὑπερηφανῶν τὴν χρῆσιν scribere. Philo De legat. ad Cajum, §. 18. T. VI. p. 100 οὐ προηυτρεπισμένων τὰ ἐπιτήδεια κατὰ μαντείαν τῶν ἐξαπιναίων κακοπραγιῶν. Denique quae jam pridem Hermannus ad Vig. p. 949 de ὥστε praegressa negatione monuit, exemplisque Euripideis illustravit, eodem pertinere non est, cur pluribus ostendamus. Eidem Hermanno, locum Platon. de Rep. III. p. 394. E similiter explicanti, libenter assentior. Apud Philon. De leg. ad Cap. §. 9. T. VI. p. 89 ὡς eadem ratione usurpatur: καὶ γὰρ ἡ θυγάτηρ οὐ πρὸ πολλῶν ἐτεθνήκει χρόνων, ὡς ἀμαυρωθῆναι τὰ δίκαια τῶν κηδεστῶν, ἀλλὰ μονονοὺκ κ. τ. λ., ubi in iis, quae proxime antecedunt, pro ἔχων εἰς παρρησίαν, καὶ μεγάλας ἀφορμὰς legam: ἔχων εἰς παρρησίαν πολλὰς καὶ μεγάλας ἀφορμάς.

Cap. VIII. §. 21.. P. 139. l. 1 τῆς ὥρας ἐν ἀκμῇ τε οὔσης καὶ σπευδούσης ἀπελθεῖν, ὡς τῷ Θεῷ κεχαρισμένον ἂν εἴη. Κἂν ὑπ' αἰσχύνης τινὰς ὀκνοῦντας ἅψασθαι λαβεῖν παρακαλείτωσαν, κ. τ. λ..] Παρακαλείτωσαν omnino rejiciendum est, quum Reg. a b Samb. Voss. et Vat. παρακαλῷεν praebeant. Sed utrum ista forma optativi, quam saepissime apud Josephum et edd. ferunt, et codd. confirmant, retinenda sit, an in παρακαλοῖεν mutanda, id quod ubique fere Dindorfius fecit, equidem haud facile dixerim. Certe vix potest intelligi, qui factum esset, ut tam insuetam formam tot locis per errorem posuerint librarii. Praeterea verba ὡς τῷ Θεῷ κεχαρισμένον ἂν εἴη nullam habent, nedum tolerabilem, explicationem. Legam:

...ἀπελθεῖν, ὡς τῷ Θεῷ κεχαρισμένον ὄν, εἰ καὶ ὑπ' αἰσχύνης τινὰς ὀκνοῦντας ἅψασθαι λαβεῖν παρακαλῷεν. Ἅψασθαι pendet ab ὀκνοῦντας, ut λαβεῖν a παρακαλῷεν.

ANTT. JUD. LIB. V.

Cap. I. §. 1.. P. 149. l. 12 τῆς Χαναναίων γῆς ἕβδομον οὖσαν μέρος.] Ernestius: »Recte hic haeret Relandus. Mihi non dubium videtur, quin ista sint assuta ab homine inepto, qui Amorrheam cis Jordanem, quae est septima pars Canaanis, confudit cum ea, quae est trans Jordanem, pars regni, quod Sihon tenuerat, colonia superioris proprie sic dictae: nescius aliam Amorrhitin esse praeter illam."— Dindorfius verba uncis inclusit. — Operae pretium est conferre hujus cap. §. 23, ubi diserte Josephus affirmat, sex Chananaeae partes cis Jordanem fuisse, septimam vero, eamque Amorrhitin appellatam trans Jordanem. Quocirca h. l. τῆς Χ. γ. ἕ. ο. μέρος genuina arbitror. Quatenus autem Josephus aut a se ipse dissentiat, aut locum Deuter. VII. 1 male sit interpretabus, alias disputabimus.

Cap. I. §. 2.. P. 150. l. 9 Ὡς — ὑπάρχειν,] Gravissime corruptum esse hunc locum, quum nescio quomodo praetervidissem, monuit me Geelius. Itaque conjeci: Ὡς δὲ γενομένης ὀψίας ὑπεχώρησαν (vi plusq. perf., ut κατενόησαν l. 3.) εἴς τι καταγώγιον τοῦ τείχους πλησίον, εἰς ὃ (sc. καταγώγιον) καὶ πρωῒ κατήχθησαν, δειπνοποιησόμενοι, καὶ περὶ ἀπαλλαγῆς αὐτοῖς τὸ λοιπὸν ἡ Φροντὶς ἦν, μηνύονται τῷ βασιλεῖ περὶ δεῖπνον ὄντι κατασκεψόμενοί τινες τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ τῶν Ἑβραίων στρατοπέδου παρεῖναι, καὶ ὄντες ἐν τῷ τῆς Ῥαχάβης καταγωγίῳ μετὰ πολλῆς τῆς τοῦ λαθεῖν (sic codd.) προνοίας

ὑποψίαν παρέχειν. Qua conjectura, si nihil aliud, saltem corruptelarum rationem patefecisse mihi videor.

Cap. I. §. 2.. P. 150. l. 50 Μηνύσομεν γὰρ αὐτῷ, ἔφασαν, διὰ τὸ σὸν σώζεσθαι πρόθυμον.] Dindorfius σώζεσθαι suspectum habet; versionemque sic refingendam curavit: *Ipsi enim, dixerunt, eam indicabimus propter tuum [nos servandi] studium.*" Itaque deleto σώζεσθαι hic erit sensus: *Indicabimus domum tuam imperatori* caet.; quo quid excogitari potest frigidius? Nihil omnino mutandum videtur. Ordo est: Μηνύσομεν γὰρ αὐτῷ, (ἡμᾶς) σώζεσθαι διὰ τὸ σὸν πρόθυμον. Hoc exploratores dicentes facit Josephus: *Significabimus imperatori propter tuum nos servari studium.* — Σώζεσθαι temporis est imperfecti. — Erunt fortasse, qui sic διὰ τοῦ σοῦ — προθύμου requirant. Sed, quum διὰ τὸ σὸν πρόθυμον idem fere valeat, atque διὰ σὲ πρόθυμον οὖσαν, ut non tam *de re*, quam *de persona* cogitandum sit, accusativus recte se habet. Caeterum vide Fritzschum ad Ep. ad Rom. III. 25.

Cap. I. §. 5.. P. 151. l. 45 Καὶ τῇ πρώτῃ τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ κ. τ. λ..] Ernestius conjecit: Καὶ τῇ πρώτῃ τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ τὴν κιβωτὸν οἱ ἱερεῖς, οἱ μὲν ἔφερον (περὶ δ' αὐτὴν — ἦν) οἱ δ' αὐτῶν προῄεσαν κ. τ. λ.. — Dindorfius edidit: Καὶ τῇ πρώτῃ τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ τὴν κιβωτὸν οἱ ἱερεῖς φέροντες, (περὶ δ' αὐτὴν ἐν κύκλῳ μέρος τι τῶν ὁπλιτῶν φυλάττον ἦν,) [οἳ] καὶ [προῄεσαν] ἑπτὰ κέρασιν [αὐτῶν] σαλπίζοντες [καὶ] παρεκάλουν τὸν στρατὸν εἰς ἀλκὴν, κ. τ. λ.. Versionem autem sic refingendam curavit: *et septem cornubus clangentes [qui illos praecedebant], exercitum ad fortitudinem hortabantur*, caet.. Itaque verba οἳ προῄεσαν αὐτῶν pro glossematis parte habuit, quo scilicet glossemate nescio quis negligentiam Josephi corrigere voluisset. Verum quomodo annotatio marginalis adeo dilacerata in textum migrare potuerit, ut ne duo quidem verba conjuncta manerent, difficile est ad intelligendum.

Deinde ut concedamus, istis sublatis verborum rationem satis constare, tamen quod ita locutus esset Josephus, ac si sacerdotes, qui arcam gestarent, iidem simul cornubus cecinissent, id vereor, ut solita ejus negligentia possit explicari. Equidem sic locum constituam: Καὶ τῇ πρώτῃ τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ τὴν κιβωτὸν οἱ ἱερεῖς φέροντες (περὶ δ' αὐτὴν ἐν κύκλῳ μέρος τι τῶν ὁπλιτῶν φυλάττον ἦν· οἱ δὲ καὶ προήεσαν ἑπτὰ κέρασιν αὐτῶν σαλπίζοντες) παρεκάλουν κ. τ. λ.. Quod pro vulgato οἳ reposui οἱ δὲ καὶ, per se quidem nemo reprehenderit, quum praesertim tres codd. οἱ καὶ et unus οἱ δὲ habeant. Illud non sine causa quis requirat, ut, quomodo sint explicanda, probabiliter indicemus. Certe non possunt significare: *alii vero sacerdotes;* nam sic omnino τῶν ἱερέων οἱ μὲν, vel οἱ ἱερεῖς οἱ μὲν praecedere oportebat; sed vertendum: *illi autem*, nempe οἱ ἱερεῖς. Scilicet l. 46 τὴν κιβωτὸν οἱ ἱερεῖς φέροντες nota figura dictum esse, ut non omnes, quotquot essent, sacerdotes arcam portasse debeat intelligi, sed aliquot tantum, ipsa ratio docet. Eadem igitur figura οἱ δὲ infertur, sic accipiendum: οἱ δὲ (ἱερεῖς οὐ μόνον ἔφερον τὴν κιβωτὸν, ἀλλὰ) καὶ προήεσαν. (Antt. III. 11. 6. p. 106. l. 49 τὴν δὲ γυναῖκα στήσας τις τῶν ἱερέων κατὰ τὰς πυλὰς, (αἱ δ' εἰσὶ τετραμμέναι πρὸς τὸν νεών,) καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον ἀφελὼν, κ. τ. λ., vulgo interpretantur: *ad portas, quae ad templum obversae sunt.* Quae non posse intelligi, fidenter affirmo. De mulieribus potius, quarum erat pudicitia spectanda, non de portis cogitandum: *illae autem* caet.. Accuratius scripsisset Josephus: ἡ δ' ἐστὶ τ. π. τ. νεών. Solent autem in talibus plur. et sing. inter se commutari: conf. v. c. Plutarch. Quaestt. Rom. c. 81. p. 283. A. B.) — Duplicem parenthesin habes: Antt. V. 7. 2. p. 174. l. 24 ... ῥάμνος (ἐδεήθη γὰρ αὐτῆς ὥστε παραλαβεῖν τὴν βασιλείαν τὰ δένδρα· πυρία δὲ ἀγαθὴ παρασχεῖν τῶν ξύλων ἐστίν) ὑπισχνεῖται κ. τ. λ., sic enim distinguendum arbritror. Antt. IV. 10. 1. p. 211. l. 27 Καὶ τῆς μὲν πρώτης τάξεως (ἐπεὶ τῷ δέει πλησίον αὐτοῦ καὶ

λίαν ἐγγὺς ἐδόκει· ἐποίησε γὰρ αὐτὸν ὁπλοφόρον) μεταστήσας κ. τ. λ.. — Ad ἑπτὰ κέρασιν αὐτῶν quod attinet, recte Hudsonus interpretatus est: *septem cornubus suis*, i. e. septem cornubus, non vulgaribus, sed quibus soli sacerdotes uterentur. Idem significare voluit Josephus, quod interpres in versione τῶν Ο′ Jos. VI. 7 καὶ ἑπτὰ ἱερεῖς ἔχοντες ἑπτὰ σάλπιγγας ἱ ε ρ ὰ ς παρελθέτωσαν κ. τ. λ.. Non sine causa suspiceris, potestatem vocis *Jobel* jam antiquitus ignorari; itaque fuisse, qui peculiare quoddam cornuum genus, idque sacris adhiberi solitum, intelligerent, immemores scilicet eorum, quae Numer. X. 1 seqq. leguntur. — Denique καὶ, quod vulgo ante παρεκάλουν exstat, deest in Big. Gall. 1. 2. Samb. Hen. et Busb. (vide not. *q* in ed. Haverc.). Quocirca non modo suspectum est, sed omnino expelli debet.

Cap. I. §. 13.. P. 153. l. 43 τό τε παρὸν ἡμῶν λυπηρὸν νίκην παρασχόμενος, καὶ περὶ τῶν αὖθις δύσελπις διακειμένους οὕτως τῆς διανοίας ἔξελε.] Optime Dindorfius codd. scripturam recepit hanc: καὶ τὸ περὶ τῶν αὖθις δύσελπι διακείμενον οὕτω τῆς διανοίας ἔξελε. Sed tamen superest, in quo non sine causa haereas. Quid enim? Num δύσελπι adverbii loco esse potest? In promptu est corrigere δυσελπίστως. Verum sic corruptelae ratio non apparet. Vet. int. *sed tu, domine, quoniam tibi virtus est malis his adhibere medicinam et praesenti nostrae tristitiae praebere victoriam, etiam de futura desperatione tuo favore nos libera.* Hic igitur διακείμενον in suis codd. non reperisse videri potest. Quod tamen non eam vim habet, ut vocem delendam esse statuamus. Nam solet interpres, quae non satis intelligeret, aut quae corrupta essent, haud raro praetermittere. Hunc autem locum ipsi planum non fuisse, vel illa: *et praesenti nostrae tristitiae praebere victoriam*, manifesto ostendunt. — Forte legendum: καὶ τὸ περὶ τῶν αὖθις δύσελπι διὰ κενῆς ὂν οὕτω τῆς διανοίας ἔξελε. — Διὰ κενῆς legitur apud Josephum Antt. XVII.

5. 3. p. 664. l. 18. Ibid. 12. 2. p. 689. l. 49. XVIII. 6. 7. p. 713. l. 18. Confunditur cum διακειμένου Antt. XVII. 2. 4. p. 658. l. 21, ubi vide var. lectt.. Οὕτω intellige νίκην παρασχόμενος.

Cap. I. §. 16.. P. 154. l. 41—46 Κεφηρίτας δὲ καὶ Καριαθιαριμίτας γείτονας ὄντας αὐτοῖς ἐπὶ συμμαχίαν παρεκάλουν, οὐδ᾽ αὐτοὺς διαφεύξεσθαι τὸν κίνδυνον λέγοντες, εἰ φθάσειαν αὐτοὶ ληφθέντες ὑπὸ τῶν Ἰσραηλιτῶν, συμπεισαντες δὲ αὐτοὺς, διέγνωσαν διαδρᾶναι τὴν δύναμιν αὐτῶν.] Pronom αὐτὸς tam saepe brevi spatio repetitum, et quidem ita repetitum, ut ad diversa subjecta referri debeat, obscuritatem et tenebras attulit. Inprimis autem verba εἰ φθάσειαν αὐτοὶ ληφθέντες ὑπὸ τῶν Ἰσραηλιτῶν non intellexerunt interpretes. Expedivit ea Ernestius hac utilissima annotatione: »Nec versio vulgata (*si eos occuparent Israëlitae*) recte se habet, neque versio ab Havercampio allata (*si eos in potestatem suam redigere occuparent Israëlitae*) satis respondet Graecis. Αὐτοὶ non sunt Cepheritae et Cariathiarimitae, sed Gabaonitae. Dicunt, Ceph. et Car. non elapsuros periculum, si Israëlitae se (Gabaonitas) occupassent opprimere, scil. ante quam cum iis se conjunxissent Cept. et Car.. Modo ante est αὐτοὺς (l. 43) de illis: si de iis hic loqueretur, non repetiisset."— Restant ultima, συμπείσαντες κ. τ. λ., quae non jam obscura sunt, sed prorsus intelligi nequeunt. Hic autem parum nos adjuvat Ernestius: »Διέγνωσαν, inquit, »male vertitur: *decreverunt*. Verte: *sperarunt*, *confisi sunt*. Si his verbis eventus legationis explicaratur, esset sane *decreverunt*. Ille autum post haec verba demum traditur. Sensus igitur est: *si autem ipsis persuadere possent*, *ut secum societatem jungerent*, *confidere se*, *vim Israëlitarum effugi posse*."— Pro συμπείσαντες δὲ αὐτοὺς codd. partim συνασπίσαντες δὲ αὐτοῖς, partim συνασπίσαντας δὲ αὐτοῖς. Quorum illud recepit Dindorfius. Mihi contra συνασπίσαντας unice verum videtur esse; sed διέγνωσαν corruptum

arbitror. Quid autem substituendum sit, pro certo haud facile dixerim. Tamen omnia planissima erunt, si hoc modo correxeris: συνασπίσαντας δὲ αὐτοῖς ἴσως ἂν διαδρᾶναι τὴν δύναμιν αὐτῶν. Pendent verba aeque, atque οὐδ' αὐτοὺς διαφεύξεσθαι τὸν κίνδυνον, a λέγοντες l. 43. *Dicebant* (Gabaonitae), *nec ipsos* (Ceph. et Car.) *elapsuros periculum*, *si se* (Gabaonitas) *occupassent opprimere Israëlitae*, *sed* (dicebant) *eos* (Ceph. et Car.), *si secum* (cum Gabaonitis) *societatem inivissent*, *fortasse vim eorum* (Israëlitarum) *effugere posse*.. — Συνασπίζειν neglecto etymo positum videtur, ut De B. J. IV. 4. 3. Τί ἂν οὖν εἴποι τοῦτό τις ἢ τύχης ἐπήρειαν, ὅταν λογάσι πονηροῖς αὔτανδρον ἔθνος ὁρᾷ συνασπίζον αὐτοῖς (f. συνασπίζοντας, cf. Antt. p. 680. l. 48.)

Cap. II. §. 11.. P. 166. l. 3 Ποιήσαντες οὖν κ. τ. λ..] Ad verba l. 6 ... καὶ ἐδίωκον οἱ Βενιαμῖται. Τῶν Ἑβραίων ὑποφυγόντων... Hudsonus: »Primus," inquit, »ita distinxi." Antea nimirum erat: ... καὶ ἐδίωκον. Οἱ βενιαμῖται τῶν Ἑβραίων. Ego vero neque antiquam distinctionem ferendam, et Hudsonianam nihilo meliorem existimo. Nam istud ἀσύνδετον in Τῶν Ἑβραίων nullo modo ferri potest. Dindorfius post Βενιαμῖται inseruit οἳ h. m.: ἐγκειμένων καὶ ἐδίωκον οἱ Βενιαμῖται, οἳ, τῶν Ἑ. — ἐξελθεῖν, ἀναχωροῦσιν εἵποντο. At sic nimis languidam prodire sententiam, non est cur pluribus ostendam. Facillimam eandemque verissimam arbitror correctionem, quam mihi Geelius indicavit: ὑπεχώρουν τε ἐγκειμένων καὶ ἐδίωκον οἱ Βενιαμῖται. Τῶν τε Ἑβραίων ὑποφευγόντων ἠρέμα καὶ ἐπιπολὺ, θελόντων κ. τ. λ.. Similiter supra c. 1. §. 18. p. 156. l. 12 legendum: ... καὶ οἱ ἐν τοῖς πεδίοις (sic codd. pro πεδινοῖς) τῶν Χαναναίων. Παλαιστινούς τε προσλαβόντες στρατοπεδεύουσι κ. τ. λ..

Cap. II. §. 11.. P. 166. l. 15 οἱ δὲ (nempe οἱ Βεν.) ἅμα τε ἠπατημένους αὐτοὺς ᾔσθηντο καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ συνειστήκεσαν· καὶ εἴς τι κοῖλον συνελαθέντας (sc. τοὺς Βεν.) καὶ

Φαραγγῶδες χωρίον περιστάντες κατηκόντισαν (sc. οἱ Ἑβρ.), ὥστε πάντας διαφθαρῆναι πλὴν ἑξακοσίων.] Durissima sine dubio subjecti mutatio, quam tamen aliquantum mollire possis, si οἱ δὲ — συνειστήκεσαν parenthesi includas, h. m.: οἱ δὲ ἐξαναστάντες μετὰ βοῆς ἐπῄεσαν τοῖς πολεμίοις· (οἱ δὲ ἅμα — συνειστήκεσαν·) καὶ εἴς τι κ. τ. λ.. Dindorfius eam corrigendo tollere conatus est; sed magnopere vereor, ne majorem etiam difficultatem induxerit. Nimirum συνελαθέντες et κατηκοντίσθησαν reposuit. Qua auctoritate quaerere nolo; etsi quod in coll. Big. e Reg. a enotatum est: » κατηκοντίσθησαν, addito θη (voluitne σθη?) supra lineam ab amanuensi,'' mihi quidem levissimum videtur. Illud urgere non desistam, ista ratione περιστάντες explicari non posse. Num cuiquam satisfaciet, quod latinam versionem sic refingendam curavit vir doctissimus: ...*atque in vallem quandam compulsi et loco concavo circumdati telis hostium sunt confossi?* Neque περιστάντες significat *circumdati*, sed *circumstantes*, nec Φαραγγῶδες χωρίον περιστάντες recte junguntur. Nam κοῖλον h. l. aeque adject. est, ac Φαραγγῶδες, ut sic verba sint ordinanda: καὶ εἴς τι κοῖλον καὶ Φαραγγῶδες χωρίον συνελαθέντας. De περιστῆναι cum acc. cf. Antt. V. 6. 5. p. 173. l. 14. Ibid. VII. 1. 3. p. 236. l. 10. Plutarch. Vit. Fab. Max. c. 6. Alcib. c. 39. Timol. c. 4. Quin adeo frequens est dictio, ut locus Plutarchi de Alex. s. virt. s. fort. Orat. II. c. 13. p. 343. F. potius animadvertendus sit, ubi idem verbum dativ. adjunctum habet: τριῶν δὲ, οἵπερ ἔφθησαν μόνοι τοῦ τείχους λαβέσθαι καὶ καθέντες ἑαυτοὺς περιστῆναι τῷ βασιλεῖ, τὸν μὲν κ. τ. λ.. Scilicet Alexandrum circumstiterunt amici, ut eum defenderent, eique auxilium ferrent. Nihilominus παραστῆναι praeferam. Quae quum ita sint, vulgatam apud Josephum retinendam censeo. Mutati subito subjecti exempla haec sunt: Antt. I. 13. 1. p. 25. l. 44 de quo loco vide supra p. 38. Ibid. XII. 2. 3. p. 436. l. 25 ταῦτά τε συνεχώρει (ὁ βασιλεὺς), καὶ τὸ ἀντίγραφον τοῦ προστάγματος, —, ἔγνωσαν (Aristaeus et Sosibius) διαφυλάξαι. Ibid.

XIV. 3. 3. p. 528. l. 50 *τέως δ' ἐκέλευσεν ἡσυχίαν ἄγειν, θεραπεύων ἅμα τὸν Ἀριστόβουλον, μὴ τὴν χώραν ἀποστήσῃ* (Aristobulus) *καὶ διακλεισθείη* (Pompejus) *τῶν παρόδων.* De B. J. VI. 2. 6 init. *Οὐ μὴν οἵ γε πεμφθέντες τοὺς φύλακας εὗρον κοιμωμένους, ὡς ἤλπισαν, ἀλλ' ἀναπηδήσασι μετὰ κραυγῆς εὐθέως συνεπλέκοντο.* Sex codd. habent *ἀλλ' ἀναπηδήσαντες*, quae certe non deterior est lectio: *ἀλλ' ἀναπηδήσαντες* (*οἱ φύλακες*) *μ. κ. ε. συνεπλέκοντο* (*τοῖς πεμφθεῖσιν*). — Plutarch. Gryll. c. 4. p. 987. E. *νεοσσοῖς δὲ καὶ σκύμνοις τούτων, δι' ἡλικίαν εὐαγώγοις καὶ ἁπαλοῖς οὖσιν, πολλὰ καὶ ἀπατηλὰ μειλίγματα καὶ ὑποπεττεύματα προσφέροντες, καὶ καταφαρμάττοντες, ἡδονῶν παρὰ φύσιν γευόμενα, καὶ διαίτης ἀδρανῆ χρόνον κατειργάσαντο καὶ προσεδέξαντο, καὶ ὑπέμειναν τὴν καλουμένην ἐξημέρωσιν, ὥσπερ ἀπογυναίκωσιν τοῦ θυμοειδοῦς.* Pro *ὑποπεττεύματα* Wyttenbachius *ὑποπέμματα.* Quidni *ὑποπεπτεύματα*? Verum hoc levius. Reliqua hoc modo corrigere tentavit idem Wyttenbachius: *καταφαρμάττοντες ταῦτα, ἕως, ἡδονῶν παρὰ φύσιν γευόμενα καὶ διαίτης ἀδρανοῦς, χρόνῳ κατεργασθέντα προσεδέξαντο.* Vide ne sic potius laboranti loco subveniendum sit: ... *καὶ καταφαρμάττοντες, ἡδονῶν παρὰ φύσιν γευόμενα καὶ διαίτης, ἀδρανῆ χρόνῳ κατειργάσαντο· καὶ προσεδέξαντο καὶ ὑπέμειναν κ. τ. λ.*. — *Χρόνῳ* pro *χρόνον* codd. suppeditant. Praeterea non nisi interpunctionem mutavi. *Καταφαρμάττοντες* objectum habet *pullos et catulos*, ut *αὐτοὺς* vel *αὐτὰ* mente sit repetendum: *quasi veneficiis delenientes.* Tum ordo constructionis hic videtur esse: *χρόνῳ* (*ἄνθρωποι*) *κατειργάσαντο* (*αὐτὰ, τὰ ζῷα ἐκεῖνα*) *ἀδρανῆ, γευόμενα ἡδονῶν παρὰ φύσιν καὶ διαίτης· καὶ* (*οἱ νεοσσοὶ καὶ σκύμνοι*) *προσεδέξαντο καὶ ὑπέμειναν κ. τ. λ.*. Obscuritatem locus non vitia, contraxit, primum quod de *νεοσσοῖς* et *σκύμνοις* neutrum plurale *γευόμενα* et *ἀδρανῆ* posuit Plutarchus, videlicet *ζῷα* cogitans; deinde quod in *καὶ προσεδέξαντο* subjectum repente mutavit. *Κατεργάζεσθαι τὰ ζῷα ἀδρανῆ* idem valet atque: *ὥστε ἀδρανῆ γενέσθαι·* quam praedicati

prolepsin multi saepe tractarunt et illustrarunt. Denique non est negligendum, aoristos h. l. de eo, quod fieri soleat, usurpari. — Est et alius Plutarchi locus, qui subjecti mutationem satis duram habere videri possit, sed eum correctione, non interpretatione adjuvandum censeo. De esu carn. Orat. I. c. 5. p. 995, B. Εἰ δ' ἀναμένεις νεκρὸν γενέσθαι τὸ αἰσθόμενον, καὶ δυσωπεῖ σε παροῦσαν ψυχὴν ἀπελαύνειν τῆς σαρκὸς, τί παρὰ φύσιν ἐσθίεις τὸ ἔμψυχον; Versio latina: *vererisque praesentem aninam e carne expellere*, est illa quidem non reprehendenda, sed verborum rationem non patefacit. Δυσωπεῖ et forma, et significatione est activum. Quaeritur, quodnam habeat subjectum. Infinitivum ἀπελαύνειν? At facinus, quod quis commiserit, non potest eum δυσωπεῖν dici, sed aut res, aut persona, quae facinore isto laeditur, despicitur vel quidvis denique injuriae patitur; cf. v. c. paulo superius c. 4 init. p. 994. D. Nec vero rectius ex antecedentibus τὸ αἰσθόμενον repetas. Scilicet ἡ ψυχὴ in animantibus est causa, principium et veluti sedes τοῦ αἰσθομένου. Quomodo ergo id, quod sentit, efficere potest, ut quis ejus auctorem vereatur expellere. Contra ἡ ψυχὴ verecundiam incutere dici conveniret, prohibereque ne τῷ αἰσθομένῳ noceretur. Accedit, quo magis locum laborare perspiciatur, quod παροῦσαν ψυχὴν ἀπελαύνειν, si quid video, ineptissimum est; nisi forte fieri potest, ut quod non adsit, alicunde expellatur. Conjeci: ... καὶ δυσωπεῖ σε παροῦσα ἡ ψυχὴ ἀπολαύειν τῆς σαρκὸς, τί. κ. τ. λ.. Id est: *sin exspectas, dum exstinguatur id, quod sentit, vererique te facit praesens anima carne frui, cur contra naturam animante vesceris?* Jam simul apparet, nisi fallor, ultima illa τί παρὰ φύσιν ἐσθίεις τὸ ἔμχυχον, quae corrupta videbantur Reiskio et Wyttenbachio, sanissima esse. Tantum monendum restat, sequentia sic fere accipienda esse: ἀλλ' οὐδὲ ἄψυχον ἄν τις φάγοι (αὐτὸ, τὸ ἔμψυχον)· *sed ne si recesserit quidem anima* caet.. Hoc voluit Plutarchus: vel illud, quod nemo vivum animal edere susti-

neret, satis declarare, quam esset contra naturam carne vesci. Quando autem ne mortuo quidem libenter quis uteretur, nisi elixo, asso et quovis condimenti genere mutato, eo magis carnium esum abominari nos oportere.

ANTT. JUD. LIB. VI.

Cap. I. §. 4.. P. 190. l. 5 ἔνθα τινὸς Λευίτου τὸ γένος, Ἀμιναδάβου, δόξαν ἔχοντος ἐπὶ δικαιοσύνῃ καὶ θρησκείᾳ, καταβιοῦντος εἰς οἰκίαν τὴν κιβωτὸν ἤγαγον,] Omnino sic distinguendum: ...Ἀμιναδάβου, δόξαν ἔχοντος ἐπὶ δ. κ. θ. καταβιοῦντος, εἰς τὴν οἰκίαν τ. κ. ἤ.. Ordo hic est: ἔχοντος δόξαν καταβιοῦντος ἐ. δ. κ. θ.. Conf. Antt. XIV. 15. 12. p. 569. l. 45 βουλόμενος παρασχεῖν τοῖς πολεμίοις δόξαν πολεμοῦντος ἐκ περιουσίας. Ut in istis ὡς addatur, non modo non necessarium videtur, sed etiam per sententiarum rationem fieri nequit. — Sunt autem et alia complura loca, ubi interpunctio similiter vitiosa est, quorum nonnulla hic indicasse haud poenitebit. Antt. II. 14. 4. p. 73. l. 5 χάλαζα — μείζων δὲ τῆς παρὰ τοῖς τὰ βόρεια καὶ τὴν ἄρκτον νεμομένοις ἔαρος ἀκμάζοντος, κατενεχθεῖσα κ. τ. λ.. Distingue: ...νεμομένοις, ἔαρος ἀκμάζοντος κατενεχθεῖσα. Comparandus est Antt. XIV. 3. 2. p. 528. l. 5 Κελεύσας δὲ ἥκειν τοὺς διαμφισβητοῦντας ἐνισταμένου τοῦ ἔαρος, ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν ἐκ τῶν χειμαδίων, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Δ.. Legam et distinguam: Κελεύσας δὲ ἥκειν αὐτοὺς τοὺς διαμφισβητοῦντας, ἐνισταμένου τοῦ ἔαρος ἀναλαβὼν κ. τ. λ.. (Ibid. modo ante l. 4. leg.: πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τούτους ἐχθροὺς αὐτῷ κατασκευάζων. Vide var. lectt.. Leid. habet: πρὸς τοὺς ἄλλους καὶ τούτους ἐχθρούς.) — Antt. III. 1. 2. p. 79. l. 21 διαιρεῖ μέσῃ, καὶ κατὰ μῆκος τὴν τομὴν ποιησάμενος. Μέσῃ ex optimis codd. receptum. Quocirca distinctio sine dubio tollenda est, ut μέσῃ καὶ κατὰ μῆκος arcte jungantur. Nam διαιρεῖν ne-

cessario accus. habet. Μέση ad illud genus pertinet, quod dativ. commodi vocari solet. — Antt. V. 1. 2. p. 151. l. 1 Καὶ οἱ μὲν ταῦτα συνθέμενοι ἐχώρουν, διὰ τοῦ τείχους καθιμήσαντες ἑαυτοὺς κ. τ. λ.. Malim: ἐχώρουν διὰ τοῦ τείχους, καθιμήσαντες ἑαυτοὺς κ. τ. λ.. — Antt. XIII. 4. 6. p. 488. l. 21 Γενόμενος δ' ἐν Πτολεμαΐδι παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν, μικροῦ διεφθάρη Πτολεμαῖος. Tolle comma post προσδοκίαν· nam παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν ad μικροῦ διεφθάρη referendum est. — Antt. XIII. 12. 2. p. 511. l. 10 ἑκάτεροι γὰρ (οἱ βασιλεῖς) ταὐτὸ τοῖς ἀθληταῖς ἔπασχον, οἳ τῇ δυνάμει μὲν ἀπηγορευκότες, αἰσχυνόμενοι δὲ παραχωρῆσαι διετέλουν, ἀργίᾳ καὶ ἀναπαύσει διαφέροντες τὸν ἀγῶνα. Distingue: ... παραχωρῆσαι, διετέλουν ἀργίᾳ. Caeterum οἳ l. 8 non ad ἀθληταῖς referendum; nam sic omnino διατελοῦσιν scriptum oportuisset; sed ad ἑκάτεροι. Servit pron., ut saepissime, rationi reddendae.

Cap. IV. §. 1.. P. 194. l. 24 τά τε πάντων ἀγαθὰ ἔχειν αὐτῷ κεκυρωμένα, προστυχὼν, » ἀλλ' ἥττων, εἶπεν, ἐγὼ κ. τ. λ..] Ernestius: » Non satis capio grammatice, etsi sensum video." — Sensus e 1 Sam. IX. 20 patet. Verba non impedita tantum, sed etiam corrupta esse, quum alia satis aperte docent, tum inprimis istud προστυχὼν evincit. Interpretantur: *ipsumque omnium bona in sua potestate habere, quod in ipsum inciderit.* Quae mihi quidem merae tenebrae sunt. Forte corrigendum: τά τε πάντων ἀγαθὰ ἔχειν αὐτῷ κεκυρωμένα προστιθέντος, ὑποτυχὼν, » ἀλλ' ἥττων, εἶπεν, ἐγὼ κ. τ. λ.. *Quumque adderet* (Samuelus), *omnium bona habere ipsum* (Saulum) *in sua potestate, respondit:* » *at supra spem* caet..

Cap. VII. §. 2.. P. 204. l. 14—20 Ὡμολόγει κ. τ. λ..] Ernestius: » Vulgatum ὁμολόγει rectius videtur propter sequens ἐμφανίζει." — At codd. ὡμολόγει tuentur. Qua parte locus laboret, melius sensit Coccejus, etsi conjecturam ejus, l. 17 pro ἀλλὰ καὶ τὴν legendum esse ἀλλὰ

κατὰ τὴν probare non possum. Forte: ... ἔτι μᾶλλον ἐμφανίζειν αὐτὴν (nempe τὴν πειθαρχίαν), ἀθροίζει πᾶσαν κ. τ. λ.? Vertam: *sed etiam* (ratus) *promptitudinem et celeritatem nulla mora facta magis eam manifestare, copias suas omnes collegit.*

Cap. VIII. §. 2.. P. 208. l. 32 Τὸν δ' οὐκ ἀντειπεῖν τῷ Σαούλῳ, συνεχώρησε δὲ κατέχειν.] Coccejus: ὁ δὲ οὐκ ἔχων ἀντειπεῖν, vel ὁ δὲ οὐκ ἀντεῖπε τῷ Σ., συνεχώρησε δὲ vel δὴ κατέχειν. — Malim: Ὁ δὲ οὐκ ὂν ἀντειπεῖν τῷ Σαούλῳ, συνεχώρησε δὴ κατέχειν.

Cap. XII. §. 2.. P. 217. l. 40 δείσας μὴ — τὸν κίνδυνον ὃν ἐξέφυγε παρὰ Σαούλου παρ' ἐκείνου πειραθῇ,] Coccejus corrigebat: τοῦ κινδύνου. Praestabit, opinor, e Reg. b scribere: τὸν κίνδυνον — πειράσῃ. Conf. Antt. VI. 11. 2. p. 213. l. 23 χηρείαν — μέλλουσα πειράζειν· ubi sine causa χηρείας — πειρᾶσθαι reponere volebat idem Coccejus. De B. J. II. 15. 1. fin. ... τὸν περὶ τοῦ ζῆν κίνδυνον ἐπείρασεν. Ibid. IV. 2. 2 εἰ γὰρ οὐ πεισθήσονται λόγοις φιλανθρώποις καὶ δεξιαῖς πίστεως, πειράσειν αὐτοὺς ἀφειδῆ τὰ ὅπλα. Eodem pertinent De B. J. I. 10. 4 ... αὐτόν τε πειράσουσιν ἀντὶ κηδεμόνος δεσπότην. Ibid. 13. 8 init. Καὶ βαρυτέρους κατὰ τὴν φυγὴν Πάρθων Ἰουδαίους ἐπείρασεν. Ibid. 20. 1 Καὶ οὐδὲ τοῦτο ἂν ὑπεστειλάμην εἰπεῖν, ὅτι πάντως ἄν με μετὰ τῶν ὅπλων ἐπείρασας. Ibid. VI. 6. 2. οὓς καὶ στρατηγοὺς φιλανθρώπους ἐπειράσατε. Quocirca De B. J. II. 18. 3 init. Κατατρέχοντες δὲ εἰς Σκυθόπολιν τοὺς παρ' ἐκείνῃ Ἰουδαίους ἐπειράσαντο πολεμίους, alteram lectionem ἐπείρασαν praeferendam censeo.

Cap. XII. §. 3, 4.. P. 218. l. 6. Κατανεύσαντος δ' αὐτοῦ τὴν χάριν καὶ πάσης τοὺς γονεῖς τοῦ Δαυΐδου τιμῆς, παρ' ὃν ἐτύγχανον παρ' αὐτῷ χρόνον, ἀξιώσαντος, *** δ'. Αὐτὸς δέ, τοῦ προφήτου κελεύσαντος — διάγειν πείθεται,] Sic primus edidit Dindorfius. Vereor, ut recte.

Malim, paragraphorum distinctione sublata, sic locum constituere: ... χρόνον, ἀξιώσαντος· αὐτὸς, τοῦ προφήτου κ. τ. λ.. Coccejus pro αὐτὸς δὲ conjecit: αὐτὸς δὴ, videturque haud aliter, quam ego modo feci, interpungere voluisse. Sed particulam delere praestabit. Quod autem Josephus in una comprehensione pronomine αὐτὸς sexies utitur, saepius id ab eo fieri deprehendimus, cf. v. c. V. 1. 16., quem locum supra p. 79 tractavimus. Verba τοῦ προφήτου κελεύσαντος αὐτὸν τὴν μὲν ἐρημίαν ἐκλιπεῖν ita sunt accipienda: *quum propheta ei imperasset*, *ut*, quod antea fecisset (vide §. 3 init.), ne amplius faceret, *sed relicta solitudine in sortem tribus Judae habitatum concederet;* quod ideo monendum putavi, ne quis forte istis argumento uteretur, post ἀξιώσαντος omnino quaedam excidisse. Praeterea, ut hic Gadi prophetae nomen, sic Antt. VIII. 8. 3. p. 308. l. 27 Semajae reticetur. — Eadem ratione Antt. XV. 8. 3 et 4 expediri posse ac debere contendimus, sed hunc quidem locum separatim tractare propositum est. Nunc de alio videamus, qui breviorem explicatum habet: Antt. II. 1. 4. p. 80. l. 46 δεδιέναι δὲ λοιπὸν οὐχ οὕτως κ. τ. λ.. Pro λοιπὸν Samb. Voss. et Vat. εἰπὼν, quod Dindorfius ita recepit, ut δὲ simul deleret. Sed nihil est in variis lectionibus, unde voculam in libris omitti recte suspiceris. Quin tuetur eam vel maxime quod e Regg. a et b δ' εἶπον enotatum est. At non potest explicari. Nimirum l. 50 verba οὕτως οὖν in iisdem libris, qui εἰπὼν habent, desiderantur. Quocirca paragraphorum distinctione sublata hoc modo scribendum arbitror: ... τρεφομένοις· δεδιέναι δ' εἰπὼν οὐχ οὕτως ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας (πείσεσθαι γὰρ οὐδὲν κακὸν ἀδίκως ἀποθανών), ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν, μὴ δι' ὧν ἐπ' αὐτὸν βάλλουσι λίθων τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖν νομισθῶσιν, ἐπράϋνεν αὐτοὺς κ. τ. λ.. — Apud Philonem, De poster. Caini §. 26 et 27. T. II. p. 25 non modo paragraphorum distinctio perversa est, sed gravior etiam corruptela latet. Verba haec sunt: Τὰ γὰρ φρονήσεως καὶ καρτερίας καὶ δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς

κάλλη θεοειδέστατα, τύποις ἐναντίοις ἀφροσύνης, καὶ ἀκρασίας, ἀδικίας, ἁπάσης κακίας, μετεχάραττεν (nempe perversus ille homo, cujus Jobelus est symbolum), ἀφανίζων τὰ ἐνσημανθέντα πρότερα.

§. 27. Ἀεὶ γὰρ ἐπιτεθειμέναι δευτέραι σφραγῖδες τοὺς τῶν προτέρων τύπους διαφθείρουσιν· ὁ δὲ γενόμενος τοσούτων δεῖν κακὰ ἀγαθῶν ἐπιτρέπει ἀντικαταλλάττεσθαι, ὥστ᾽ οὐδὲ καλὰ πονηρῶν ἐᾷ. — Πονηρὰ οὐ τὰ φαῦλα παραλαμβάνων, ἐπεὶ τοῦτο δὴ εὔηθες μὴ προσίεσθαι τὰ κακὰ ὑπὲρ κτήσεως τῶν ἀμεινόνων· ἀλλὰ τὰ καματηρὰ καὶ ἐπίπονα, ἅπερ Ἀττικοὶ τὴν πρώτην ὀξυτονοῦντες συλλαβὴν καλοῦσι πόνηρα. Ista ἀεὶ γὰρ ἐπιτεθειμέναι — διαφθείρουσιν male ab iis, quae praecedunt, divulsa sunt. Quae causa videtur fuisse, cur reliqua haud satis feliciter correxerint viri docti. Nam, ut recte Mangejus pro προσίεσθαι conjecit προΐεσθαι, quam merito conjecturam recepit Richterus, sic quae idem proposuit: λεγόμενος τοσούτου δέον et παρελάμβανε, non dubia tantum, sed plane falsa sunt. Legendum arbritror: ὁ δέ γε νόμος τοσούτου δεῖ κακὰ ἀγαθῶν ἐπιτρέπειν ἀντικαταλλάττεσθαι. Ita παραλαμβάνων ad νόμος referri poterit. Significatur autem lex Levit. XXVII. 32, quemadmodum paulo infra ipse nos Philo docet. En igitur veriorem loci scripturam: ... μετεχάραττεν, ἀφανίζων τὰ ἐνσημανθέντα πρότερα· ἀεὶ γὰρ ἐπιτεθειμέναι δευτέραι σφραγῖδες τοὺς τῶν προτέρων τύπους διαφθείρουσιν. Ὁ δέ γε νόμος τοσούτου δεῖ κακὰ ἀγαθῶν ἐπιτρέπειν ἀντικαταλλάττεσθαι, ὥστ᾽ οὐδὲ καλὰ πονηρῶν ἐᾷ, πονηρὰ οὐ τὰ φαῦλα παραλαμβάνων (ἐπεὶ τοῦτο δὴ εὔηθες μὴ προΐεσθαι τὰ κακὰ ὑπὲρ κτήσεως τῶν ἀμεινόνων), ἀλλὰ τὰ καματηρὰ καὶ ἐπίπονα, ἅπερ Ἀττικοὶ τὴν πρώτην ὀξυτονοῦντες συλλαβὴν καλοῦσι πόνηρα. — Ejusdem Philonis De concupisc. § 10 et 11, T. V. p. 143 non tantum ab editoribus peccatum est, sed etiam codd. lemmate marginali περὶ ψυχῆς ἀνθρώπου perperam in textu recepto turpiter temerati sunt. Quem locum si hoc modo correxeris et distinxeris, mens certe scriptoris intelligetur: Ὅθεν ἐν

ἑτέροις (Levit. III. 17.) τίθησι νόμον περὶ αἵματος μήτε αἷμα μήτε στέαρ προσφέρεσθαι· τὸ μὲν αἷμα δι' ἣν εἶπον αἰτίαν, ὅτι οὐσία ψυχῆς ἐστὶν, οὐχὶ τῆς νοερᾶς καὶ λογικῆς, ἀλλὰ τῆς αἰσθητικῆς, καθ' ἣν ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἀλόγοις κοινὸν τὸ ζῆν συμβέβηκεν, (ἐκείνης γὰρ οὐσία πνεῦμα θεῖον καὶ μάλιστα κατὰ Μωϋσῆν, ὃς ἐν τῇ Κοσμοποιΐᾳ φησὶν, ἀνθρώπῳ τῷ πρώτῳ καὶ ἀρχηγέτῃ τοῦ γένους ἡμῶν ἐμφυσῆσαι πνοὴν ζωῆς τὸν Θεὸν εἰς τὸ τοῦ σώματος ἡγεμωνικώτατον, τὸ πρόσωπον, ἔνθα αἱ δορυφόροι τοῦ νοῦ καθάπερ μεγάλου βασιλέως αἰσθήσεις παρίδρυνται· τὸ δ' ἐμφυσώμενον δῆλον ὡς αἰθέριον ἦν πνεῦμα καὶ εἰ δή τι αἰθερίου πνεύματος κρεῖττον, ἅτε τῆς μακαρίας καὶ τρισμακαρίας φύσεως ἀπαύγασμα)· τὸ δὲ στέαρ, διότι πιότατον, πάλιν εἰς διδασκαλίαν ἐγκρατείας καὶ ζῆλον αὐστηροῦ βίου, τὰ μὲν ῥᾶστα καὶ κατὰ χεῖρας μεθιεμένου, φροντίδας δὲ καὶ πόνους ἐθελοντὶ ἕνεκα κτήσεως ἀρετῆς ὑπομένοντος. — Τὸ μὲν αἷμα §. 10 et τὸ δὲ στέαρ §. 11 inter se respondent: *Sanguine vesci vetuit ob eam, quam commemoravi, causam*, — *adipe autem* (vesci vetuit), *propterea quod pinguissimus est.* — Ἐκείνης sc. τῆς νοερᾶς καὶ λογικῆς ψυχῆς. — Voce πάλιν respicitur ad ea, quae §. 4 dicta erant. — Pro κατὰ χειρὸς reposui κατὰ χεῖρας. Conf. De migr. Abr. §. 6. fin. T. II. p. 299 Αἱ γὰρ ἀφθονίαι τῶν ἑτοίμων καὶ κατὰ χεῖρας ἀγαθῶν ἀπονίας αἴτιαι. De vit. Moys. I. §. 31. T. IV. p. 151 Τὰ ἀδύνατα παντὶ γεννητῷ μόνῳ (sc. τῷ Θεῷ) δυνατὰ καὶ κατὰ χειρός· ubi itidem κατὰ χεῖρας corrigam. — Denique vulgatum μεθίεμεν, οὗ in μεθιεμένου et ὑπομένοντες in ὑπομένοντος mutavi. Utrumque ad βίου pertinere, perspicuum est.

Cap. XIII. §. 1. P. 220. l. 35 ... ὁ Δαυΐδης — δίδωσιν ἑαυτὸν στρατεύειν ἐπ' αὐτοὺς, εἰ ὁ Θεὸς παρὰ τοῦ προφήτου πυθόμενος ἐπιτρέπει νίκην. Τοῦ δὲ σημαίνειν φήσαντος, ἐξώρμησεν κ. τ. λ..] Hujus loci difficultates si indicavero, continuo probabilem emendandi viam appari-

turam confido. Πυθόμενος passive, *consultus*, dici nequit. Ἐπιτρέπειν νίκην non est: *victoriam concedere.* Denique σημαίνειν nude positum nequaquam significat: *victoriam portendere.* Legendum: ...εἰ ὁ Θεὸς ἐπιτρέπει παρὰ τοῦ προφήτου πυθόμενος. Τοῦ δὲ νίκην σημαίνειν φήσαντος κ. τ. λ.. Ad ἐπιτρέπει mente assumendum τοῦτο ποιεῖν, sc. στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Π., qua ratione nihil frequentius. De praes. ἐπιτρέπει cf. lib. VIII. 1. 2. p. 282. l. 15. Πυθόμενος ad Δαυΐδης referendum est. Νίκην σημαίνειν sc. τὸν Θεόν. — Duo similiter turbata loca Antt. I. 16. 2 et XIII. 5. 5 supra jam p. 51 et p. 68 tractavimus. Nunc alium addamus de genere eodem: Ant. VIII. 1. 5. p. 283. l. 45—51. Hic primum l. 45 librorum lectionem Σεμεεὶ δ' ὧδε προσέταξεν recte revocarunt Richterus et Dindorfius. Stultissime Havercampius ὅδε ediderat. Quod apud Josephum editor, idem apud Plutarchum librarii designarunt: Platon. Quaestt. X. 2. p. 1010. C. Διὸ καὶ ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς εἰώθαμεν ἐπαινεῖν ἢ ψέγειν, οὕτω πως λέγοντες· Ἀττικοῖς ὀνόμασιν ὁ δεῖνα κέχρηται, (f. add. καὶ) καλοῖς ῥήμασιν ἢ πάλιν πεζοῖς· ὅδε δὲ πεζοῖς, ἢ καλοῖς πάλιν καὶ Ἀττικοῖς ἄρθροις οὐκ ἂν εἴποι τις Εὐριπίδην ἢ Θουκυδίδην διειλέχθαι. Pro ὅδε δὲ Wyttenbachius conjecit: τὸ δέ. Potestne dubium esse, quin ὧδε δὲ scribendum sit? Deinde l. 46 pro παρακούσαντι δὲ τούτῳ legendum τούτων, sc. ἃ προσέταξε s. τῶν προσταγμάτων. Conf. Antt. VI. 6. 2. p. 200. l. 33: 7. 4. p. 205. l. 12: 14. 9. p. 235. l. 52. Ibid. VIII. 14. 5. p. 328. l. 24. Ibid. XI. 1. 3. p. 399. l. 50: 6. 6. p. 420. l. 13. Ibid. XIV. 15. 7. p. 567. l. 44. Sed quae l. 48 leguntur: Σεμεεὶ δὲ χάριν οἷς προσέταξεν αὐτῷ Σολομὼν ἔχειν φήσας καὶ ταῦτα ποιήσειν προσομόσας, καταλιπὼν κ. τ. λ., multo gravius corrupta sunt. Οἷς ferri nequit. Requiras ὧν vel ἀνθ' ὧν. Praeterea sententia prorsus absurda est. Legam: Σεμεεὶ δὲ χάριν ἔχειν φήσας (sc. τῷ βασιλεῖ, quod ipsius vitae pepercisset) καὶ ταῦτα ποιήσειν, ὡς προσέταξεν αὐτῷ Σολομὼν, προσομόσας, κ. τ. λ.. Conf. 1 Regg. II. 38.

Cap. XIII. §. 4. P. 222. l. 52 Ἐπεδείξω δὲ καὶ σήμερον τὴν ἀρχαίων ἔχοντα σαυτὸν δικαιοσύνην, οἳ τοὺς ἐχθροὺς ἐν ἐρημίᾳ λαβόντας σώζειν παρήγγελλον.] Pro τὴν ἀρχαίων e duobus Mss. et Reg. a commemoratur lectio haec τὴν ἐκείνων ἀρχαίων. Unius etiam alterius, qui τὴν ἐκείνων habeat, mentio fit ab editoribus. Dindorfius edidit: τὴν ἐκείνων ἀρχαίαν. Scribendum arbitror: τὴν ἐκείνων τῶν ἀρχαίων. Adject. ἐκεῖνος eodem modo legitur Antt. XI. 1. 1. p. 398. l. 4 ἠλέησε ὁ Θεὸς τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ τὴν συμφορὰν ἐκείνων τῶν ταλαιπώρων· ubi Richterus ex uno Hen. καὶ τὴν συμφορὰν ἐκείνην recipere non debebat. Plutarch. De rect. rat. aud. c. 1. p. 37. C. Ἀναρχία γὰρ — χαλεπωτέρους ἐκείνων τῶν ἐν παισὶ διδασκάλων καὶ παιδαγωγῶν δεσπότας ἐφίστησι τὰς ἐπιθυμίας. — Sed magis operae pretium est quaerere, τῶν ἀρχαίων nomine quinam sint intelligendi. Quo loco primum excitemus verba Antt. VIII. 2. 5. p. 286. l. 41 Τοσαύτη δ' ἦν ἣν ὁ Θεὸς Σολομῶνι παρέσχε φρόνησιν καὶ σοφίαν, ὡς τούς τ' ἀρχαίους ὑπερβάλλειν ἀνθρώπους κ. τ. λ., sic enim vulgatam ὥστε τοὺς e codd. correxit Dindorfius. Apparet, Josephum 1 Regg. V. 10 (IV. 30) eodem plane modo accepisse atque interpretem in versione τῶν Ο΄. Numquid igitur dubitari potest, secundum utrumque diu ante reges constitutos fuisse quosdam eximia pietate et sapientia viros, quorum praecepta et monita maximi apud omnes fieri par esset? Itaque haud scio an Matth. V. 21 ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις interpretandum sit: *cognovistis, dictum esse a priscis sapientibus*, non *ab antiquis legis doctoribus*. Certe ex Antt. VI. 6. 4. p. 202. l. 34 intelligitur, Josephum, etsi Sauli jam aetate γραμματεῖς fuisse putaret, tamen τοὺς ἀρχαίους ab iis distinxisse. Hos eosdem ἀρχαίους celebratae illius παραδόσεως auctores habitos esse crediderim. Ab his eam acceptam οἱ πατέρες propagasse censebantur. — Denique οἳ τοὺς ἐχθροὺς λαβόντας ἐν ἐρημίᾳ σώζειν παρήγγελλον consideranda sunt. Richterus et Dindorfius e Big. Samb. et Voss. receperunt λαβόντες·

quod omnino intelligi nequit, nisi forte παραγγέλλειν inaudita *profitendi* significatione positum putari debet, h. m.: *qui profitebantur, se, etiamsi inimicos in deserto deprehenderent, tamen eorum vitae parcere.* Mihi λαβόντας unice verum videtur; aut, si quid mutandum, potius καταλαβόντας corrigam. Constructionem sic licebit explicare: οἱ παρήγγελλον (τοῖς ἀνθρώποις) τοὺς ἐχθροὺς λαβόντας ἐ. ἐ. σώζειν (αὐτούς)· i. e. *qui praecipiebant, ut, qui inimicos in deserto deprehendissent, eorum* (inimicorum) *vitae parcerent.* Accus. participii λαβόντας post dativum illatus nihil habet insoliti. Nec vero quod dativus ille reticetur, in sententia generali et indefinita reprehendi potest. Si quis autem Josephum haud satis perspicuitati consuluisse dicat, me quoque ejus sententiae adscribi facile patiar. Sed non desunt exempla similis negligentiae, v. c.: Antt. XI. c. 6. 2. p. 418. l. 4 Βλέποντες δ' αὐτὸν οὕτως ἔχοντα χαλεπῶς οἱ φίλοι συνεβούλευον (sc. αὐτῷ) τὴν μὲν τῆς γυναικὸς μνήμην καὶ τὸν ἔρωτα μηδὲν ὠφελούμενον ἐκβάλλειν. Verba μηδὲν ὠφελούμενον ad αὐτῷ sunt referenda: *quum nihil ex eo* (nempe: *amore*) *perciperet emolumenti.* Perperam vertunt: *ut amoris nihil profuturi cogitationem abjiceret.* Plutarchus De fac. in orbe lun. c. 30. p. 945. B. ...ἐξ ἐκείνων ἄρα τῶν ψυχῶν ἦσαν, ἔρημοι λόγῳ, καὶ τύφῳ πλανηθέντι τῷ παθητικῷ χρησαμένων. Wyttenbachius ἐρημίᾳ λόγου tentavit. Equidem corrigam: ἐρήμῳ λόγου· ut hic sit ordo verborum: χρησαμένων τῷ παθητικῷ ἐρήμῳ λόγου καὶ πλανηθέντι τύφῳ (i. e. ὑπὸ τύφου). Haud satis elegans verborum compositio librariis fraudi fuit.

ANTT. JUD. LIB. VII.

Cap. I. §. 3.. P. 235. l. 47 ...οἵ τε ἀδελφοὶ — μερῶν.] Hunc ego locum, ut ab Hudsono constitutus est, sanissimum esse contendo. Tantum l. 48 pro ἐπί τε corrigam

ἐπὶ δέ. Parenthesis illa, sive parentheseos quaedam species dicenda est, ἐπὶ δὲ — παραδραμεῖν, quin loco posita sit, dubitari nequit. Scilicet quod universe de laudibus Asaëli dixerat Josephus, διαφανέστερον eum τῶν ἄλλων fuisse, illius erat virtutis ejus commemoratione explicandum, quae maxime virtus ad reliquae narrationis intelligentiam pertineret. Deinde lin. 51 rectissime Hudsonus pro eo, quod erat in Edd. ἀλλὰ καὶ τὸν 'Αβ. substituit: ὃς καὶ τὸν 'Αβ.. Nam praeterquam quod codicum Reg. a et Samb. tanta est auctoritas, ut eam deserere, nisi si gravissimae rationes suadeant, vel dicam potius cogant, piaculum sit, est illa solemnis in narrationibus continuandis formula; cf. Antt. IX. 11. p. 359. l. 4: X. 5. 2. p. 375. l. 48 et c. 11. §. 4. p. 394. l. 13: XIII. 5. 6. p. 493. l. 19 ...τὸν ἀδελφὸν Σίμωνα καταλιπὼν ἐν τῇ 'Ιουδαίᾳ· ὃς τὸν στρατὸν ἐκ τῆς χώρας συναγαγὼν, ὡς ἐνῆν ἱκανώτατον, τὴν Βεθσούραν πολιορκῶν προσεκάθητο· quo loco artic. in τὸν στρατὸν ferri non posse, quum alia demonstrant, tum docent verba ὡς ἐνῆν ἱκανώτατον. Ex Hen. libenter legam: ...'Ιουδαίᾳ· ὃς καὶ στρατόν. Vide porro ejusdem libri c. 7. §. 4. p. 501. l. 27: et 9. 2. p. 504. l. 23: 16. 4. p. 520. l. 35. His igitur satis declaratum arbitror, quam ob causam Dindorfio assentiri non possim, hunc in modum locum constituenti: οἵ τε ἀδελφοὶ προθύμως ἠγωνίσαντο καὶ ὁ διαφανέστερος τῶν ἄλλων μάλιστα ὁ νεώτερος 'Ασάηλος, (ὃς) ἐπί τε ποδῶν ὠκύτητι κλέος εἶχεν, (οὐ γὰρ ἀνθρώπους ἐνίκα μόνους, ἀλλὰ καὶ ἵππον καταστάντα εἰς ἅμιλλαν λέγουσι παραδραμεῖν,) καὶ τὸν 'Αβέννηρον ἐδίωκεν κ. τ. λ.. — Similem parentheseos rationem videtur habere locus Plutarchi, Grylli c. 6. p. 989. E. Τοιγαροῦν ὥς σε μέμνημαι (Mezir. correxit σὲ, ὡς μέμνημαι,) ἐν Κρήτῃ θεασάμενος ἀμπεχόνῃ κεκοσμημένον πανηγυρικῶς, οὐ τὴν φρόνησιν ἐζήλουν, οὐδὲ τὴν ἀρετήν· ἀλλὰ τοῦ χιτῶνος εἰργασμένου περιττῶς τὴν λεπτότητα, καὶ τῆς χλαμύδος οὔσης ἁλουργοῦ τὴν οὐλότητα καὶ τὸ κάλλος ἀγαπῶν καὶ τεθηπὼς, εἶχε δέ τι καὶ ἡ

πόρπη χρυσὸς οὖσα παίγνιον, οἶμαι, τορείας (f. τορείᾳ) διηκριβωμένον, καὶ εἰπόμην γεγοητευμένος, ὥσπερ αἱ γυναῖκες. Scire pervelim, participia ἀγαπῶν καὶ τεθηπὼς quonam nitantur verbo finito. Nam neque ἐζήλουν post ἀλλὰ repeti potest, neque aliud cognatae significationis verbum, v. c. ἐθάυμαζον, per zeugma nescio quod assumere licet, quum alias ob causas, tum quod sic ἀγαπῶν καὶ τεθηπὼς mirifice languerent. Haud magis placet καὶ ante εἰπόμην delere. Quid plura? Suspicor Plutarchum scripsisse: ... καὶ τὸ κάλλος ἠγάπων κατατεθηπώς· εἶχε δέ τι — διηκριβωμένον· καὶ εἰπόμην κ. τ. λ..

Cap. I. §. 5. P. 258. l. 44. ὡς οὐχ ὁμοίου κ. τ. λ..] Μὴ ante πορίσασθαι de Cocceji et Hudsoni conjectura receptum est. Recte. Sed praeterea haud scio an δεινοῦ l. 44 delendum sit. Aelian. Var. Hist. XIV. 1 Ἀλλ' εὖ φρονῶν ᾤετο, μὴ ὅμοιον εἶναι, ἀρχὴν (i. e. omnino) τινα μὴ λαβεῖν, ἢ λαβόντα ἀφαιρεθῆναι. Corruptelae hanc causam fuisse putem. Quum nescio quis dictionem non intelligeret, conjecit legendum esse: ὡς δεινοῦ τυγχάνοντος πορίσασθαι, idque sive in margine, sive alio quo modo significavit. Quod postea librarius perperam accepit, ut μὴ quidem deleret, sed δεινοῦ post οὐχ ὁμοίου insereret. — L. 46 ἔτι ταύτην ferri nequit. Scrib. ἔπειτ' αὐτήν. — L. 48 ... καὶ τολμῶσιν ἔργα πάντες φόβῳ τοῦ ἀποβαλεῖν. Reg. a. b. Voss. Samb. habent: καὶ τολμῶσιν ἐν φόβῳ ἔργα πάντες τοῦτ' ἀποβαλεῖν γενόμενοι. Vat. καὶ τολμῶσιν ἐν φόβῳ ἔργα πάντες τοῦ ἀποβαλεῖν γενόμενοι. Legam: καὶ τολμῶσιν ἐν φόβῳ πάντες τοῦ ἀποβαλεῖν γενόμενοι. Vocem ἔργα recte omitti docet l. 39. Verborum collocatio ejusmodi est, ut a Josephi consuetudine non abhorreat. V. c. De B. J, I. 4. 8 Καὶ τρισὶ τοὺς φρουροὺς περιβόλοις ἀποτείχισας· ubi Cardwellus ex uno cod. καὶ τρισὶ περιβόλοις τοὺς φρουροὺς recipere non debebat. —

Inserta negatione, et alia loca sunt corrigenda, et Antt. III. 12. 3. p. 108. l. 22. τοῦ δὲ ἀναλώματος ὑπερβάλ-

λοντος, ὑπὲρ τοῦ λείποντος καταλαβὼν τὸ ἱκνούμενον ἐξίσταται τῆς κτήσεως. Pro καταλαβὼν, Mss. et edd. καταβάλλων aut καταβαλών. Καταλαβὼν non est nisi Bernardi conjectura, quam Vet. interpretem suppeditare putabat: *Cum vero expensae transcendunt, hoc quod deest recipiens emptor a posssesione discedit.* Poterat eodem jure post κτήσεως addi ὁ πριάμενος. Sed magnopere vereor, ne interpres, quum verba corrupta reperisset, eam conjectura sententiam expresserit, quam maxime convenire arbitraretur. Quid enim? Καταλαμβάνειν non *expensum accipere* significat, sed aut *comprehendere*, aut *deprehendere*. Accedit, quod καταβάλλειν proprium est *solvendi* verbum. Legam: τοῦ δὲ ἀναλώματος ὑπερβάλλοντος, ὑπὲρ τοῦ λείποντος μὴ καταβαλὼν τὸ ἱκνούμενον ἐξίσταται τῆς κτήσεως. Verba ἐξίσταται τῆς κτήσεως arcte sunt cum ὑπὲρ τοῦ λείποντος conjungenda: *pro eo quod deficit, si non quod aequum sit solverit*, (emptori) *cedit possessione*, i. e. agrum emptori tamdiu concedit utendum, donec e fructibus quod ipsi debeatur persolutum erit.

Contra haud raro videtur accidisse, ut scriptoris verba, sive a librariis, sive ab editoribus, temere additis negandi particulis corrumperentur. Cujus item generis duo ponam exempla. Alterum est ex hoc ipso Antt. lib. VII. c. 12. §. 1. p. 269. l. 50 Στρατεύεται δὲ μετ᾽ οὐ πολὺν χρόνον ὁ βασιλεὺς ἐπὶ Π.. Sic vulgo legitur; nec per se lectio reprehendenda est: *non diu post eam famem.* Sed optimi codd. habent: μετὰ πολὺν χρόνον· quod et ipsum recte potest explicari: *postquam per longum tempus pax cum Palaestinis fuit, rursus iis bellum intulit Davides.* Itaque majori auctoritati obtemperandnm est. De B. J. IV. 3. 2. καὶ πρῶτον μὲν ἐν οἰκίαις ἥπτετο τῶν μὴ ὁμονοούντων πάλαι τὸ φιλόνεικον. Partic. μὴ deest in codd. plerisque omnibus. Deleatur. Οἱ ὁμονοοῦντες πάλαι sunt *ii, qui antea concordes erant.* Quae sententia longe aptissima est. Nimirum eo miserabilior erat dissensio, quod qui antea concordes vixissent, inter hos etiam contentio-

nes oriebantur. Πρῶτον pertinet tantum ad ἐν οἰκίαις eique in seqq. respondet: ἔπειτα — ἤδη κατὰ πλῆθος.

Cap. VIII. §. 2. P. 255. l. 18 Πέμψαντος δὲ, τοῖς ἰδίοις ἐκέλευσεν, ὁπηνίκα ἴδωσι τὸν Ἀμνῶνα μέθῃ παρειμένον καὶ κάρῳ, νεύσαντος αὐτοῦ φονεύσωσι μηδένα φοβηθέντες.] Dindorfius rescripsit: φονεῦσαι μηδένα φοβηθέντας. Quod non vereor justo violentius dicere. Nam qua tandem ratione factum esset, ut φονεῦσαι in φονεύσωσι corrumperetur. Mihi in mentem venit: τοῖς ἰδίοις ἐκέλευσεν, ὅπως, ἡνίκα ἴδωσι τὸν κ. τ. λ.. Ἡνίκα apud recentiores conjunctivum quoque post se habere, jam pridem, nisi fallor, viri docti monuerunt, et declarat locus Philonis, De congr. erud. gratia §. 22. T. III. p. 96 Τὴν γοῦν ἀρετὴν, Λείαν, ἔστιν ἰδεῖν προαπαντῶσαν καὶ λέγουσαν τῷ ἀσκητῇ »Πρός με εἰσελεύσῃ σήμερον," ἡνίκα ἐκεῖνος ἀγρόθεν ἐπανίῃ. Attamen nescio an res satis explorata sit. Itaque non valde repugnem, si quis utroque loco ἡνίκ' ἂν praeferendum judicet. Longe major etiam est quaestio, possitne κελεύειν cum ὅπως et conjunct. construi, praesertim quum alias semper infin. subsequentem habeat. Ego vero non video cur ista structura Josephus uti non potuerit. An non ejusdem est generis, quod et ipse Josephus, et alii recentiores, post verba jubendi, precandi, similia, ἵνα cum conjunctivo ponunt? Conf. Winer. Gr. N. T. p. 113 edd. 4. Κελεύειν seq. ἵνα reperies apud Philon., De spec. legg. §. 35. T. V. p. 107 Προὐνόησεν οὖν ὁ νόμος τοῦ μήτε — προσαδικηθῆναι, κελεύσας, ἵνα, εἴ τις ἐκκόψῃ (malim: ἐκκόψαι) θεράποντος ὀφθαλμὸν, ἀνενδοιάστως ἐλευθερίας μεταδιδῷ. Atque multo saepius etiam iisdem verbis ὅπως cum conjunctivo subjunxit Josephus. Ac primum quidem παρακαλεῖν sic positum reperies: Antt. VIII. 5. 3. p. 298. l. 54: XII. 2. 2. p. 435. l. 28; tum c. 2. §. 15. p. 445. l. 20: XIII. 3. 4. p. 485. l. 16; ibid. c. 4. 9. p. 490. l. 11: Liber de Macc. §. 4. — Deinde δεῖσθαι, ὅπως exstat Antt. XII. 4. 8. p.

453. l. 50. — Sequitur προστάσσειν Antt. XII. 2. 4. p. 437. l. 27. — Porro γράφειν haud raro veteres sic usurpant, ut jubendi significationem quasi involutam contineat, sive quum praecise pro νόμους γράφειν dicitur, sive quum de epistolis, quibus mandata perferuntur, sermo est (quae quidem res probe tenenda est, si quis rationem loci Joannei 1 Ep. II. 12. seqq. penitus perspicere cupiet); soletque tum cum infin. construi; cf. Jos. Antt. XI. 4. 4. p. 407. l. 37, et c. 6. §. 13. p. 427. l. 33; XIII. 1. 5. p. 480. l. 6. Plutarch. Vit. C. Gracchi c. 9 saepius. Ecce autem Antt. XII. 2. 3. p. 437. l. 45 legimus: Ἐὰν οὖν σοι δοκῇ, βασιλεῦ, γράψεις τῷ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεῖ, ὅπως ἀποστείλῃ κ. τ. λ.. Ex quo veluti fonte illa quoque manarunt quae Antt. XI. 5. 6. p. 415. l. 6 et c. 7. §. 13. p. 427. l. 4 reperiuntur. — Sed inprimis locum Antt. VIII. 8. 5. p. 310. l. 1 Τοῦτο γὰρ αὐτῷ τὸν Θεὸν ἀπειρηκέναι, καὶ τὴν ὁδὸν ἣν ἦλθεν ὅπως μὴ δι' αὐτῆς ποιήσηται τὴν ἐπιστροφὴν κ. τ. λ., attendi considerarique velim. Quid enim? An ἀπειρηκέναι, ὅπως μὴ dicere potuit Josephus, κελεύειν, ὅπως non potuit? — Possem plura colligere; sed haec satis esse duco.

Cap. IX. §. 1.. P. 257. l. 22 ὡς παρὰ τὸ μὴ συμβούλους ἀγαθοὺς εἶναι τῷ πατρὶ, τάχα δ' αὐτῶν καὶ ἀδίκως ἐπταικότων περὶ τὴν κρίσιν,] Ernestius interpretatus est: *quasi propterea, quod pater non haberet bonos consiliarios; forsan ipsi etiam contra jus causa cecidissent.* Quem secutus, ut videtur, Dindorfius, quo magis Graecae dictionis ratio constaret, et distinctionem post πατρὶ sustulit, et voculam δ' post τάχα, idque cod. Vat. auctoritate, delevit. At vel sic tamen locus salebrosus est; nec unquam, quoquo te verteris, ita eum explicabis, quin aut sententia laboret, aut verba claudicent. Legendum suspicor: ὡς παρὰ τὸ μὴ συμβούλους ἀγαθοὺς εἶναι τῷ πατρὶ, τάχα δὲ καὶ δι' αὐτὸν, ἀδίκως ἐπταικότων περὶ τὴν κρίσιν. Vertam: *quasi propterea, quod patri boni consiliarii non*

adessent, *fortasse etiam propter ipsum*, i. e. ipsius patris culpa, *contra jus causa cecidissent*. Conf. Antt. XIV. 9. 5. p. 542. l. 51 ...περὶ δ᾽ ὧν ἐγκαλοίη, διὰ πονηροὺς συμβούλους, ἀλλὰ μὴ δι᾽ αὐτὸν, ὑπόνοιαν αὐτῷ καὶ σκιὰν δυσκόλου τινὸς παρεσχημένῳ.

Cap. X. §. 3.. P. 263. l. 25 Ἕστηκε δ᾽ Ἀβεσάλωμος — στήλην λίθου κ. τ. λ..] Corrigendum: Ἕστακε δ᾽ Ἀ.. Perfecti forma satis frequens apud Josephum; cf. Antt. V. 1. 21. p. 157. l. 44: IX. 6. 3. p. 546. l. 21: XVIII. 8. 8. p. 724. l. 14: De vit. §. 17. p. 801. l. 37: De B. J. II. 6. 2. — Ibid. I. 21. 9 Καὶ γὰρ τῷ πατρὶ μνημεῖον κατέστησε πόλιν, ἣν κ. τ. λ. Plerique codd. κατέθηκε. Duo καθέστηκε. Scribendum: καθέστακε.

Cap. XIV. §. 8.. P. 278. l. 22 ὧν ἐκέλευσε προσεδρεύειν κατὰ τριάκονθ᾽ ἡμέρας ἀπὸ τῆς πρώτης ἕως τῆς ὑστάτης Σολομῶνι κ. τ. λ..] Sic, ut est in edd. Bas. et Gen., Hudsonus. Coccejus conjecit, pro ὧν legendum esse, vel ἥν, vel οὕς· quorum hoc in duobus codd. repertum, confirmatumque, ut putabat, a Vet. int., recepit Havercampius. Rectissime fecit Dindorfius quod ὧν revocavit. Verumtamen locum etiamnum corruptum esse, vel illud manifesto demonstrat, quod genit. ὧν non habet, unde pendeat. Neque vero κατὰ τριάκονθ᾽ ἡμέρας vitio caret. Requiritur ἐπὶ τ. ἡ.. Κατὰ de tempore, quid significet, vide lib. VIII. 2. 2. p. 285. l. 10. Vet. int.: *Habebat vero unaquaeque cohors viginti quatuor milia virorum, quos observare praecepit per tricenos dies a prima hora usque ad novissimam Salomonem* caet.. Legam: ...ταξιάρχοις· εἶχε δ᾽ ἕκαστη τῶν μοιρῶν δισμυρίους καὶ τετρακισχιλίους (ἄνδρας)· ὧν ἐκέλευσε προσεδρεύειν κατὰ (μίαν ἐπὶ) τριάκονθ᾽ ἡμέρας ἀπὸ τῆς πρώτης ἕως τῆς ὑστάτης Σολομῶνι κ. τ. λ.. — Ἄνδρας suppeditat Vet. int., nulloque modo vocem abesse posse perspicuum est. — Ὧν intellige μοιρῶν· cf. quae supra p. 23 disputavimus. — Ὧν

κατὰ μίαν est: *quas jussit singulas* (alteram post alteram) *per tricenos dies Solomoni praesto esse.* Conf. Jos. De B. J. II. 16. 4. init. Plutarch. De virt. mul. p. 259. B. Parall. c. 16. p. 309. D. Sympos. quaestt. VII. 6. 3. p. 708. C. Vit. Pelop. c. 7. Eodem modo locum cepit Vet. int.; alioquin *per triginta dies*, non *per tricenos dies*, vertisset; sed utrum, ut ego conjeci, legerit, an quem requiri videret sensum expresserit, quod saepius eum in corruptis fecisse constat, haud facile dixerim. Tantum affirmare audeo, pro *quos* corrigendum esse: *quas.* — Seqq. ἀπὸ τῆς πρώτης ἕως τῆς ὑστάτης hoc modo sunt accipienda: ἀπὸ τῆς πρώτης (μοίρας) ἕ. τ. ὕ.. Quae quidem res Vet. int. prorsus latuit; nisi forte vox *hora* delenda est.

E libris VIII, IX et X supra jam aliquot loca tractavimus. Itaque, ne haec scriptio justo longior fiat, continuo pergamus ad

ANTT. JUD. LIB. XI.

Cap. I. §. 2.. P. 398. l. 33 αὐτόν τε γράφειν τοῖς γειτονεύουσιν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων ἡγεμόνων καὶ σατραπῶν] Pro Ἰουδαίων Codd. Hen. ἰδίων, Busb. οἰκείων praebent: quorum illa non est nisi vulgaris corruptela, haec emendatio nescio cujus, nec tamen illa probanda, qui vocem ἡγεμόνων articulo carere non posse recte vidisset. Cod. reg. in textu habet: αὐτόν τε γράψουσιν τοῖς γειτονεύουσιν, in marg. αὐτὸν τε γράψειν τοῖς ἐκεῖ. Fuitne igitur, qui conjiceret: αὐτόν τε γράψειν τοῖς ἐκεῖ τῶν ἡγεμόνων? Equidem vocem Ἰουδαίων delendam censeo. Ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, in quam nimirum Judaei proficiscerentur, per se solum planissimum est. Ad τοῖς γειτονεύουσι τῶν ἡγεμόνων cf. Antt. XII. 8. 1. p. 466. l. 10.

Cap. I. §. 3.. P. 399. l. 6 ὥσπερ ἀνακτιζομένης — συνηθείας.] Hudsonus interpretatur: *quasi jam urbs illis*

instaurata esset. Male sine dubio. Oportebat: *quasi jam urbs illis instauraretur.* At sic sententiam laborare, nemo non videt. Nam urbs non *quasi*, sed *revera* instaurabatur. Mitto plura; quum vel hoc solum sufficiat ad lectionem Codd. Leid. et Hen. πάλιν pro τῆς πόλεως de meliore nota commendandam. Hac igitur recepta, vertam: *quum illis antiqua sacrorum consuetudo denuo quasi conderetur ac reviviscerct.* Ita ὥσπερ non ad universam sententiam, sed tantummodo ad ἀνακτιζομένης pertinet, servitque translationi molliendae; quae res non intellecta corruptelae causa fuit. — L. 9 βασιλεὺς secundum codd. delendum.

Cap. III. §. 4.. P. 402. l. 49 Ὃ δ' ἂν — γίνεται.] Pro ὑπερβαλλόμενον codd. Vat. et Leid. ὑπερβαλλομένων· quod recipiam. Etenim sic demum ratio apparet, cur l. 53 ὑπὸ γρηγορούντων sine articulo poni et potuerit et debuerit. Scilicet ὑπερβαλλομένων subjectum habet indefinitum τῶν ἀνθρώπων, quod nisi legentium animis obversatur, nemo quisquam intelligat, illa sic esse accipienda: Φυλάσσεται δὲ ὑπ' (αὐτῶν) γρηγορούντων. Accedit, quod magnopere vereor, ut ὑπερβαλλόμενον passive dici possit, si quidem differendi verbum, quod sciam, non est ὑπερβάλλειν, sed ὑπερβάλλεσθαι. Certe quod Antt. XIX. 1. 10. p. 739. l. 17 legitur ὑπερέβαλεν, de conjectura sic edidit Hudsonus, locumque pessime habitum magis etiam corrupit. Δοκεῖ δέ μοι προσποιεῖσθαι Κάλλιστος ἐπὶ θήρᾳ τῇ Κλαυδίου τὸν λόγον τοῦτον· ἐπεὶ οὔτε Γάϊος ὡρμηκὼς μεταχειρίσασθαι Κλαύδιον ἠνείχετο τῶν Καλλίστου προφάσεων, οὔτε Κάλλιστος κελευσθείς που τὴν πρᾶξιν εὐκτὸν ὑπερέβαλεν, ἢ κακουργῶν εἰς τοῦ δεσπότου τὰς ἐπιστολὰς οὐκ ἂν ἐκ τοῦ παραχρῆμα τὸν μισθὸν ἐκομίζετο· ἀλλὰ δὴ Κλαυδίῳ μέν τινι θείᾳ δυνάμει σώσασθαι ἐκ μανιῶν τῶν Γαΐου, Κάλλιστον δὲ προσποιήσασθαι χάριτος κατάθεσιν μηδαμῶς ὑπ' αὐτοῦ γενομένης. In his igitur ὑπερέβαλεν Hudsonus de suo reposuit. Libri tam edd. quam Mss. ὑπελάμβανεν. Itaque sic corrigam: οὔτε Κάλλιστος κελευσθείς που τὴν πρᾶ-

ξιν οὐκ ἂν εὐκτὴν ὑπελάμβανεν. — Τὴν πρᾶξιν ad κελευσθεὶς pertinet. Ὑπολαμβάνειν est *existimare*, habetque objectum αὐτὴν, sc. τὴν πρᾶξιν. Porro qua ratione l. 15 ἠνείχετο sine ἂν dictum sit, neminem praeteribit; cf. et alios, et Hermannum ad Sophocl. Electr. vs. 902 ... οὔτε δρῶσ' ἐλάνθανεν. Scilicet dubium esse non poterat, quin Cajus, qua erat saevitia, Callisti προφάσεις non tulisset. Contra l. 17 et 18 ἂν recte additur, quoniam quae de Callisto dicturus erat scriptor conjectura magis nitebantur. — Reliqua hujus loci pars l. 19 ἀλλὰ δὴ Κλαυδίῳ κ. τ. λ.. itidem ex Hudsoni prodiit officina. Profitetur vir doctissimus, ita se rescripsisse, ut ex loco, quem corruptum esse suspicaretur, aliquem sensum eliceret. Atqui lectio Hudsoniana difficilius etiam intelligi potest, quam quae erat in edd.: ἀλλὰ δὴ Κλαυδίῳ μὲν ἔκ τινος θείας δυνάμεως χρήσασθαι μανιῶν τῶν Γαΐου, Κάλλιστος προσποιήσασθαι κ. τ. λ.. Corrigam: ἀλλὰ δὴ Κλαύδιον μὲν ἔκ τινος θείας δυνάμεως (φυγῇ) χρήσασθαι μανιῶν τῶν Γαΐου, Κάλλιστον δὲ προσποιήσασθαι κ. τ. λ.. — Post ἀλλὰ δὴ animo repetendum est δοκεῖ μοι, quod et ipsum acc. cum inf. post se habere potest, vel per zeugma νομίζω. Pro δυνάμεως usitatius dixisset προνοίας. Utrumque haud mirarer, si cui forte durius videretur. Nec deerunt, quibus φυγῇ χρήσασθαι τινος pro ἐκφεύγειν τι displiceat. Sed tota haec de Caligulae morte narratio, quae maxima libri XIX parte continetur, orationis genere perplexo ac tortuoso conscripta est. Quod idem in libri XV parte extrema, tum in libris XVI, XVII et XVIII animadvertere licet. Quantum isti a prioribus libris differant, dici vix potest. Lib. XX orationem habet facilem ac perspicuam, sed rursus tum ab his, tum ab illis magnopere diversus est. Res omnino digna videtur, de qua diligentius quaeratur; sed peculiarem scriptionem desiderat, nec ante satis recte poterit tractari, quam de genuina plurimorum scriptura constiterit. Pauca, quae huc pertinent, infra proferam, ad XVII. 6. 5. Nunc illud non

dubito affirmare, si quis vel unam hujus libri XIX paginam attente legerit, ei non modo hanc nostram correctionem, sed alias etiam (vide v. c. p. 72) satis probabiles visum iri.

Cap. III. §. 5] Codicis Leid., cujus in superioribus saepius jam mentionem feci, lectiones, quominus omnes exhibeam, scriptionis hujus ratio prohibet. Facere tamen non possum, quin nonnullas speciminis causa proferam. Itaque h. l. p. 403. l. 11, 12 habet: τοὺς φυτεύσαντας τὰς ἀμπέλους. L. 12 γυναῖκες εἰσὶν. L. 16, 17 ἔστιν ἡμῖν ἀποζευχθῆναι. L. 23 καὶ πατέρας. καὶ μητέρας. Quod idem e C. laudatur. Alii tantum καὶ πατέρας. Vulgo καὶ πατέρα καὶ μητέρα. L. 24. πολλάκις λήθην. L. 26 αὐτῶν ἀξιοῦμεν καὶ καρτεροῦμεν. Idem est in C.. L. 29 ὅταν ἡμῖν ἐκ τῶν πόνων περιγένηταί τινα, ταῦτα. Ταῦτα habent etiam Hen. et Busb.. L. 37 deest αὐτὴν, quam vocem ex Hen. et Vat. recepit Hudsonus. Haec igitur omnia non dubito, quin vulgatis meliora sint.

De reliquis pauca tantum delibabo. Antt. XI. 3. 8. p. 404. l. 32 vulgata ex Hen. et Busb. sumpta est. Edd. pro θύειν τε αὐτοῖς habent θύειν δὲ αὐτούς. Cod. C. θύειν τε αὐτούς. Leid. ...δοθῆναι, θύειν τε αὐτοὺς τὰς νενομισμένας θυσίας. Ἐπέτρεψε δὲ καὶ τὴν κ. τ. λ.. — Ibid. 4. 8. p. 409. l. 33 e cod. Reg. laudatur τὸ θεῖον ποθοῦν πάλιν. Idem habet Leid., sed recentior manus ad ποθοῦν adscripsit τας. Forte leg.: ἀνθ' ὧν αὐτοὺς τὸ θεῖον ποθοῦντας πάλαι εἰς τὴν πάτριον γῆν κ. τ. ε. α. ν. ἤγαγε. — Ibid l. 43. ἀρξάμενοι et l. 44 τριάκοντα δύο, ut reliqui libri, non ut Dindorfius de Ernesti sententia rescripsit: εἴκοσι δύο. — Ibid. 5. 1. p. 410. l. 47 τοὺς βουλομένους ἐκ τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους. Vat. ἐκ τοῦ Ἰουδαίων. Leid. τοὺς βουλομένους τῶν ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους. Conf. Antt. p. 8. l. 17. et p. 514. l. 25. — Ibid. 6. 1. p. 417. l. 2 πρέπει γὰρ τὰ τοῦ βασιλέως διηγεῖσθαι πρῶτον· ἔπειθ' ὡς ἔγημεν κ. τ. λ.. — Ibid. 6. 10. p. 423. l. 29 Εἰσελθόντος δὲ, » Φίλον, εἶπεν, εἰδώς σε ἐμαυτῷ μόνον εὔνουν, συμβουλεῦσαί μοι παρακα-

λῶν κ. τ. λ.. Dindorfius μόνον de Ernestii sententia uncis inclusit. Leid.: εἰδώς σε ἐμαυτῷ σεμνόν τε καὶ εὔνουν. — Antt. XII. 2. 14. p. 445. l. 24 περὶ πολλοῦ ποιούμενος τὴν μετὰ τῶν ἐν παιδείᾳ τυγχανόντων συνουσίαν καὶ τὸν πλοῦτον εἰς τούτους ἡδέως ἔχων κατατίθεσθαι. Leid.: συνουσίᾳ καὶ τοῦτον πλοῦτον. Unde forte legendum: ... συνουσίαν καὶ τοῦ τὸν πλοῦτον εἰς τούτους ἡδέως ἔχων κατατίθεσθαι. — Ibid. 10. 6. p. 474. l. 37 ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν. Leid. pro ἁγίων habet ἀρχαίων. — Antt. XIII. 1. 1. p. 478. l. 2. Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Ἰούδα πάλιν ὅσον ἦν τῶν ἀσεβῶν. Reg. Ἰούδα παρ' ὅσον ἂν ἔτει τῶν. Leid. Ἰούδα πᾶν ὅσον ἦν ἔτι τῶν. — Ibid. 4. 7. p. 488. l. 39 Leid.: Ἀποσπάσας γὰρ τὴν θυγατέρα πέμπει πρὸς Δημήτριον εὐθὺς περὶ συμμαχίας καὶ Φιλίας συντιθέμενος (a sec. man. A pr. συντιθεμένης), τήν τε θυγατέρα αὐτῷ γυναῖκα ὑπισχνούμενος καὶ καταστήσειν αὐτὸν εἰς τὴν πατρῴαν ἀρχήν. Fortasse recte, modo legatur Φιλίαν pro Φιλίας. Nec male γυναῖκα abesset. Εὐθὺς pertinet ad πέμπει. Deinde sic verba jungenda: πέμπει περὶ συμμαχίας καὶ (sc. πέμπει) Φιλίαν συντιθέμενος. Ad πέμπει Φιλίαν συντιθέμενος cf. p. 67. l. 16. p. 149. l. 5. p. 375. l. 9. p. 472. l. 32. p. 500. l. 39. caet.. Vide supra p. 37. — Ibid. p. 489. l. 4 Leid.: ... Φείσασθαι τοῦ μὴ δόξαι Ῥωμαίοις ἐπίΦθονος εἶναι et l. 6 λέγων οὐδενὸς μνησικακήσειν αὐτοῖς περὶ τοῦ πατρὸς αὐτὸν εὐεργετηθέντα, διδάσκαλόν τε ἀγαθὸν αὐτῷ καὶ ἡγεμόνα ἔσεσθαι διωμολογήσατο, καὶ Φαύλοις ἐγχειροῦντα πράγμασιν οὐκ ἐπιτρέψειν ὑπέσχετο. Conf. lectt. Hen. et Busb. — Ibid. 5. 5. p. 493. l. 2 σῶΦρον ἔκριναν εἶν' αὐτῷ ἀΦέντες παραμένειν ἐκεῖνον θεραπεύειν. Lugd. εἶναι ταῦτα. Dindorfius Cocceji conjecturam recepit: εἶναι τὸ αὐτῷ ἀΦέντας. Leid. σ. ἔ. εἶναι τοῦτ' ἀΦέντες παραμένειν ἐκεῖνον (sic a pr. m.. A sec. ἐκείνῳ) θεραπεύειν. Legam: σ. ἔ. εἶναι τούτῳ (Demetrio) ἀΦέντες παραμένειν ἐκεῖνον (Antiochum) θεραπεύειν. Conf. p. 492. l. 47. et quae supra p. 68 diximus. — Ibid. §. 7. p. 493. l. 40 Leid. Οὓς ἰδὼν ὁ Ἰωνάθης ἑτοίμους πρὸς μάχην παρεσκευάζετο καὶ τοὺς ἰδίους στρατιώτας πρὸς τὸν

ἀγῶνα, ὡς ἠδύνατο, παρώρμα. Τῶν κ. τ. λ. Conf. supra p. 37. — Ibid. 6. 3. p. 497. l. 46 locus corruptissimus. Leid.: Ὅσα μὲν ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας ἐλευθερίας, ἄνδρες ὁμόφυλοι, μετὰ τοῦ πατρὸς ἐγώ τε καὶ οἱ ἀδελφοί μου (deest ὡς, sed spatio vacuo relicto) ἐτολμήσαμεν ὡς ἀποθανεῖν οὐκέτ᾽ ἀγνοεῖτε. Παραδειγμάτων δὲ τοιούτων εὐποροῦντός μου, κἀκ τοῦ θνήσκειν ὑπὲρ τῶν νόμων καὶ τῆς θρησκείας τοῖς ἐκ τῆς ἡμετέρας οἰκείας γενομένους ἡγησαμένους. Φόβος οὐδ᾽ εἷς ἔσται τηλικοῦτος, ὃς ταύτην ἡμῶν τὴν διάνοιαν ἐκβάλλει τῆς ψῦχης ἀντεισάξει δ᾽ εἰς τὴν φιλοζωΐαν καὶ δόξης καταφρόνησιν. Priora sic forte restitui poterunt: Ὅσα (vuglo τὸ) μὲν ὑπὲρ τ. ὑ. ἐ., ἄ. ὁ., μ. τ. π. ἐγώ τε καὶ οἱ ἀδελφοί μου (πάντες) ἐτολμήσαμεν. Reliqua conclamata sunt. L. 52 ἡγησαμένους pro δεδογμένου laudatur etiam e Cod. Reg. Γενομένους vix dubitem, quin ineptum lacunae supplementum sit. L. 53 et 54 omnino ἐκβαλεῖ et ἀντεισάξει scribendum. — Lib. XV. 10. 1. p. 607. l. 6 ... καὶ Ζηνόδωρος οὔτ᾽ εἴργει καὶ αὐτὸς τῶν ὠφελειῶν ἐκοινώνει. Leid. καὶ Ζ. οὔτ᾽ ἧργεν αὐτός τε τ. ὠ. ἐ.. Supra lineam ipsius librarii manu adscriptum est εἶργεν. Quo magis constat, scribendum esse: κ. Ζ. οὔτ᾽ εἶργεν, αὐτός τε τ. ὠ. ε.. — Varietatem ad *Decreta Romana et Asiatica pro Judaeis* infra suo loco l. XIV integram exhibebo.

Cap. IV. §. 2.. P. 406. l. 40 οὐδὲ πρὸς τὴν σύγκρισιν (Leid. add. τὴν) ἐκείνου βασανίζων αὐτὸν ὡς ἐπ᾽ ἐλάττοσιν οἷς ὑπέλαβεν.] Ἐπ᾽ ἐλάττοσιν rectissime Hudsonus rescripsit pro ἐπ᾽ ἐλάττωσιν vel ἐπελάττωσιν, quae in Mss. et edd. leguntur. Sed tamen locum nondum persanatum esse, non latuit Ernestium, cujus haec exstat annotatio: » Οἷς stare non potest. Deberet esse ὧν. Intelligendum enim ἐκείνων vel τούτων. Sed arbitror legendum ἤ." — Itaque Dindorfius ἢ ante οἷς inseruit. Atqui haud uno nomine correctionem reprehendi posse, satis perspicuum arbitror. — Codd. Vat. Hen. et Leid. pro ὑπέλαβεν praebent ὑπελάμβανεν· unde sic potius rescribam: οὐδὲ —

βασανίζων αὐτὸν ὡς ἐπ' ἐλάττοσιν οἷς ἀπελάμβανεν. Ordo verborum hic est: οὐδὲ βασανίζων αὐτὸν ἐπὶ τούτοις, ἃ ἀπελάμβανεν, ὡς ἐλάττοσι (τῶν πρότερον ὄντων). Conferendus est hujus libri c. 6. 2. p. 418. l. 1 ... λυπούμενος δὲ ὡς ἐπ' ἀδυνάτοις οἷς ἤθελε διετέλει. Constructio satis frequenter apud Josephum legitur: Antt. II. 3. p. 42. l. 1 ... (Ἰάκωβος) ἔχαιρεν ἐπὶ μεγάλοις τοῖς σημαινομένοις· de quo loco Ernestius: »Aut delendum μεγάλοις, aut sic ordinanda verba: ἐπὶ τοῖς σημαινομένοις μεγάλοις, vel ἔχαιρεν μεγάλως ἐπὶ τ. σ.."— Leg. ἔχαιρεν ὡς ἐπὶ μεγάλοις τοῖς σημαινομένοις. Ibid. V. 8. 8. p. 180. l. 51 ... ἀλλ' ὑπαντώντων μετὰ χαρᾶς καὶ βοῆς ὡς ἐπὶ κατωρθωμένοις οἷς ἐβούλοντο. Ibid. XVIII. 6. 9. p. 715. l. 22 ὡς ἐπ' ἀπολωλότι τῷ υἱεῖ τοῦ παιδὸς ἀχθεινῶς διατιθέμενος. Vide et II. 2. 4. p. 42. l. 13. VIII. 8. 3. p. 308. l. 4 et c. 12. 3. p. 318. l. 13. — Ἀπολαμβάνειν, *recuperare*, ut exemplis confirmem, necessarium non videtur. Corruptus est locus Antt. XII. 2. 2. p. 435. l. 50 Ὅθεν εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ, τοῖς ἐξαίρετον τὴν εἰς αὐτὸν θρησκείαν πεποιημένοις, ἀπόδος αὐτοῖς τὴν πατρίδα, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ βίον ἀ π ε ι λ η φ ό σ ι ν. Ernestius aut ἀπειληφόσιν delendum esse contendit, aut transpositione locum sanari posse: h. m.: εἰς τ. τ. Θ. ἀπόδος ἀ. τ. π. τοῖς ἐξαίρετον — πεποιημένοις, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ βίον ἀπειληφόσιν. Ultima sic vertit: *et in illa religione natis.* Quae referre est refutare. Equidem corrigam: ἀπειλήφοιεν. *Redde iis patriam, utinamque consuetum in ea vitae genus recuperent, recuperatumque tueantur.* Optativus post imperativum legitur Antt. VI. 11. 4. p. 214. l. 9—11 et Plutarch. De mulier. virt. p. 252. C.

ANTT. JUD. LIB. XII.

Cap. VII. §. 2.. P. 462. l. 36 Καταλιπὼν οὖν κ. τ. λ..] Hudsoni conjecturam διέποντα pro διήκοντα l. 38 recepit

Dindorfius. Atqui vel sic locum salebrosum esse, nemo non videt. Mihi post ἐλεφάντων l. 39 excidisse videtur: παραδοὺς αὐτῷ· ut hic sit ordo verborum: Καταλιπὼν ὁ. ἐ. τ. π. Λυσίαν τινὰ, δ. ἔ. π. ἀ., καὶ παραδοὺς αὐτῷ τὰ μέχρι τ. Α. ὅ. κ. τ. κ. Ἀ. ἀ. Εὐφράτου διήκοντα ποταμοῦ, καὶ (παραδοὺς αὐτῷ) μέρος τι τῆς δυναμέως καὶ τῶν ἐλεφάντων κ. τ. λ.. Vocula καὶ toties repetita locum quodammodo obscuram reddidit. Conferendus est lib. XIII. 3. 1. p. 484. l. 10. seqq. ubi l. 12 scrib. ἔν τε τῇ. L. 13 pro τὴν Ἡλιοπολίτου Dindorfius edidit τοῦ Ἡ.. Leid. habet τὴν τοῦ Ἡ.. Idem liber l. 14 καὶ ἄλλους praebet omisso εἰς. Caeterum is, qui l. 12 καὶ ἐν Λεόντων δὲ πόλει conjecit (vide not. *l*), non vidit καὶ pertinere ad ἀφικόμενος l. 14. Sed operae pretium est Vet. interpretem inspicere. Nam huic istud suum διέποντα acceptum refert Hudsonus. Equidem eundem meae conjecturae auctorem habeo. *Relinquens autem pro rerum* (ed. 1490 *regni*) *gubernatione quendam Lysiam, gloriam apud se maximam possidentem*, ut regeret *provincias a fluvio Euphrate usque ad fines Aegypti et inferioris Asiae, et partem exercitus et elephantos* ei tradens, *praecepit* caet.. Num igitur *relinquens Lysiam, ut regeret* Graece dici potest: καταλιπὼν Λυσίαν διέποντα? Sed facile vincam, istud *ut regeret* corruptum esse. Scilicet modo ante est: *pro rerum gubernatione*. Quis igitur credat interpretem statim subjunxisse: *ut regeret?* Corrigendum: ... *possidentem, et provincias*. Sic omnia erunt planissima, et versio accurate Graecis respondebit. *Relinquens autem — quendam Lysiam, et tradens ei provincias —— elephantos, praecepit* caet.. Videtur *ut regeret* dictionis *tradens ei* explicandae causa adscriptum fuisse, posteaque, ut fit, alieno loco irrepsisse.

Cap. X. §. 4.. P. 473. l. 44 Φανερᾶς δὲ τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ καὶ τῆς ἐνέδρας γενομένης, ὁ Νικάνωρ πολεμεῖν ἔκρινε τῷ Ἰούδᾳ· καὶ συγκροτήσας καὶ παρασκευασάμενος πρὸς τὴν μάχην, συμβαλὼν κατά τινα κώμην Καφαρσαλαμὰ, καὶ νι-

κήσας, ἀναγκάζει τὸν Ἰούδαν ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἄκρανΦ εὐγειν.] Scriptor libr. 1 Maccab. c. 7. vs. 26—32 diserte Judae victoriam tribuit; nec dubium esse potest, quin Josephus idem narrare voluerit. Itaque graviter corruptum esse locum, constat inter omnes, quotquot eum tractarunt. Dindorfius de conjectura Ernestii sic edidit: ... πολεμεῖν ἔκρινε τῷ Ἰούδᾳ· ὁ δὲ συγκροτήσας καὶ παρασκευασάμενος πρὸς τὴν μάχην, συμβαλὼν κατά τινα κώμην ΚαΦαρσαλαμὰ καὶ νικήσας ἀναγκάζει αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἄκραν Φεύγειν. Atqui verbum συγκροτεῖν haud satis recte sine objecto, quod dicitur, positum est. Semper, quod sciam, vel τὴν δύναμιν, vel τοὺς ὁπλίτας, vel τὸ ὁπλιτικὸν, vel simile adjunctum habet. Deinde secundum Ernestium Judas Nicanorem adortus esset; quum tamen Nicanorem pugnam conseruisse, et scriptor Maccab. l. l. prodiderit, et sine dubio Josephus in animo habuerit: cf. ὁ N. πολεμεῖν ἔκρινε τῷ Ἰ.. — Codd. C. Lugd. Leid. et Hen. praebent: παρασκευασάμενος τὰ πρὸς τὴν μάχην. Deinde in Leid. pro συμβαλὼν est συμβάλλει. Unde sic locum constituam: ... ὁ N. πολεμεῖν ἔκρινε τῷ Ἰούδᾳ· καὶ συγκροτήσας [καὶ παρασκευασάμενος] τὰ πρὸς τὴν μάχην συμβάλλει κατά τινα κώμην ΚαΦαρσαλαμά. Καὶ νικήσας ἀναγκάζει αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἄκραν Φεύγειν. — Ad τὰ πρὸς τὴν μάχην cf. Antt. VIII. 11. 2. p. 314. l. 45. Pertinent autem aeque ad συγκροτήσας, atque ad παρασκευασάμενος. Quamquam magnopere vereor, ne καὶ παρασκευασάμενος pro glossemate sint habenda. Locutionem συγκροτεῖν τὰ πρὸς τὴν μάχην satis confirmat locus Antt. XIX. 1. 14. p. 745. l. 15 Δεχομένων δὲ τὸν ἐπὶ τῷ Φόνῳ λόγον, σποράδας τε ἤθροισε (sc. τοὺς συνωμότας), καὶ τὰ πάντα Φρονίμως συγκροτήσας, ἔνθα γνωμῶν εἰσηγήσει ὡς ἐχρῆν πολὺ κρείσσων ἐγίνετο, καὶ λόγοις καθωμίλησε χρηστοῖς, ὡς οὐ τολμῶντας ἠνάγκασέ τε τοὺς πάντας. Reliqua corrupta sunt, nec quomodo corrigam, reperio. (Illud tantum videtur constare pro εἰσηγήσει ὡς, quae non est nisi conje-

ctura Hudsoni, revocandum esse quod codd. et edd. habent: εἰσηγήσεως. Γνωμῶν εἰσήγησις legitur Antt. XVII. 3. 1. p. 659. l. 7, qui locus et ipse laborat; sed eum nunc quidem praetermittere praestabit. Ἐχρῆν nove dictum esse videtur pro ἔδει. Post τολμῶντας libenter inseram: ἑώρα. Ad ἠνάγκασε cf. Valck. ad Eurip. Hipp. vs. 921.) Sed verba τὰ πάντα συγκροτήσας ab omni vitii suspicione libera sunt. Ita priorem loci, quem in manibus habemus, partem persanasse nobis videmur, quum praesertim Vet. int. hoc modo verterit: *Patefacta vero voluntate sua, et apertis insidiis, bellare Nicanor contra Judam decrevit, et pugnam praeparans conflixit cum eo in vico Capharsalama.* Nec vero reliqua minus me probaturum esse confido. Ἰούδαν corruptum est ex Ἰούδας· quod nescio quis adscripserat, ut de mutatione subjecti lectores admoneret: conf. quae supra p. 2, 3 et p. 81, 82 collegimus. Hinc etiam αὐτὸν in τὸν abiit. Vet. int. nomen Judae in suis codd. non legit: ... *Capharsalama. Quem victum compulit ad arcem Hierosolymorum confugere.* Omnino Josephus perspicuitati haud satis consuluit. Sed excusari potest. Scilicet arcem Hierosolymorum in Macedonum fuisse potestate, cf. p. 458. l. 20. p. 465. l. 2. p. 469. l. 22 seqq. p. 470. l. 4. p. 479. l. 23. p. 481. l. 20 seqq. p. 489. l. 44. p. 496. l. 12. p. 499. l. 50 seqq., adeo ejus animo infixum haerebat, ut, quum aliquem in eam confugisse diceret, continuo de Nicanore, non de Juda, cogitaret.

Cap. X. §. 5. P. 473. l. 50 Ἔτι — τὸν ναόν.] Ἔτι codd. omnino tuentur. Nihilominus quod in edd. exstat ἐπεὶ praeferendum censeo, modo post Θεῷ commate distinguatur: Ἐπεὶ — τῷ Θεῷ, ὁ δὲ βλ.. (Nihil isto ὁ δὲ post ἐπεὶ aliasque particulas temporales frequentius. Antt. XVIII. 9. 3. p. 727. l. 9 vitiose legitur: Ἐπεὶ δὲ πυνθάνεται αὐτὸν δείσαντα ἐν τῷ ἕλει ὑπομένειν, ὅδε τούς τε κ. τ. λ.. Corrige: ὁ δέ. Alia Josephi loca praetermitto. Sed Philoni ὁ δὲ restituere juvat, De post. Caini §. 8.

T. II. p. 10 Οὗ χάριν ἐν ἑτέροις »Κεκατηραμένον ὑπὸ Θεοῦ τὸν κρεμάμενον ἐπὶ ξύλου Φησίν· ὅτι Θεοῦ δὲ (scrib. δεῖ ut vidit Mang.) ἐκκρεμᾶσθαι. Ὅδε ἀπηώρησεν ἑαυτὸν σώματος, ὅς (sine causa Mang. et Richt. correxerunt ὅ) ἐστιν ἐν ἡμῖν ξύλινος ὄγκος κ. τ. λ.. Scribendum: ... ἐκκρεμᾶσθαι· ὁ δὲ κ. τ. λ., nempe ὁ Φαῦλος, qui per symbolum dicitur κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου.) Contra Antt. XII. 4. 6. p. 452. l. 33 Ἐπεὶ δὲ ὢν τρισκαίδεκα ἐτῶν οὗτος ὁ παῖς νεώτερος κ. τ. λ. e cod. Leid. recipiam Ἔτι δὲ κ. τ. λ., sed in seqq. l. 37 legam: ... δυνάμενον. Τοῦ γὰρ Ἰωσήπου. — Lin. 51 haud scio an ὑπαντήσαντες e C. Leid. et Hen. praeferendum sit. — Hen. l. 53 e Lugd. Leid. Hen. et Busb. ἐπιΦέρειν recipiam. — Lin. 54 αὐτοῖς e Vet. int. et Zonara edidit Hudsonus. Antea erat αὐτοῦ. Leid. habet αὐτούς· quod ad βλασΦημήσας referendum unice verum arbitror, cf. 1 Macc. VII. 34. — Lin. 54 codd. παραδῴη. Dindorfius edidit παραδοίη. Idem Antt. XIII. 5. 4. p. 492. l. 29 pro ἀποδῴη rescripsit ἀποδοίη, et c. 8. §. 1. p. 501. l. 46 ἐνδοίη pro ἐνδῴη. Equidem apud Josephum formam istam expellere non ausim. Legitur autem satis crebro tum in Antt., tum in libris de B. J. v. c. II. 21. 2 fin. III. 8. 4 fin. IV. 5. 4 caet.. — Ἐπεὶ δ' αὐτῷ κατίοντι ἐκ τῆς ἄκρας εἰς τὸ ἱερὸν ὑπαντήσαντες τῶν ἱερέων τινὲς καὶ πρεσβυτέρων ἠσπάζοντο, καὶ τὰς θυσίας ἐπεδείκνυον ἃς ὑπὲρ τοῦ βασιλέως ἔλεγον ἐπιΦέρειν τῷ Θεῷ, ὁ δὲ βλασΦημήσας αὐτοὺς ἠπείλησεν, εἰ μὴ παραδῴη τὸν Ἰούδαν κ. τ. λ..

ANTT. JUD. LIB. XIII.

Cap. VIII. §. 3.. P. 503. l. 9 ... τοῖς πρεσβευταῖς ἀπεκρίνατο, παραδοῦναι μὲν τὰ ὅπλα τοὺς πολιορκουμένους, καὶ δάσμον αὐτῷ τελεῖν Ἰόπης καὶ τῶν ἄλλων πόλεων τῶν πέριξ τῆς Ἰουδαίας, Φρουράν τε δεξαμένους ἐπὶ τούτοις ἀπηλλάχθαι τοῦ πολέμου.] En rursus locum unius verbi omissione corruptum. Nam quid sit δάσμον τελεῖν Ἰόπης

nemo facile dixerit. Possunt quidem verba utcunque explicari, sed non nisi pessumdata sententia. Legam: ... τελεῖν, Ἰόπης καὶ τῶν ἄλλων πόλεων τῶν πέριξ τῆς Ἰουδαίας (παραχωρήσαντας), Φρουράν τε κ. τ. λ.. Verba ἐπὶ τούτοις ad praecedentia non ad ἀπηλλάχθαι traham, vertamque *insuper, praeterea*, non *iis conditionibus*. — Conferendus est locus c. 9. §. 2. p. 504. l. 25, ubi Judaeorum legati Romanos rogasse dicuntur, ὅπως τε Ἰόπη καὶ λιμένες καὶ Γάζαρα καὶ πηγαὶ, καὶ ὅσας πόλεις αὐτῶν ἄλλας καὶ χώρας πολεμῶν ἔλαβεν Ἀντίοχος παρὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα, ταῦτα ἀποκατασταθῇ. Quo loco primum de varietate lectionis videndum est. Scilicet Hen. et Leid. ἔλαβεν omittunt et in seqq. praebent: δόγμα ἀφείλετο, ταῦτα ἀποκατασταθῆναι· quorum ἀφείλετο magnopere placet. Deinde quaeri potest, πηγῶν nomine quid sit intelligendum. Spanhemius comparare jubet Antt. VIII. 8. 4. p. 308. l. 48 ... τὸν ἕτερον δὲ (ναΐσκον οἰκοδομήσας Ἱεροβόαμος) ἐν Δάνῃ, (ἡ δέ ἐστι πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ μικροῦ Ἰορδάνου) τίθησι κ. τ. λ. Nullus laudari poterat locus, qui minus ad rem pertineret. Nam fontes Jordanis minoris longius a Judaea aberant; et *urbem* significare voluisse Josephum, perspicuum est. Quid igitur? Scribatur: Πηγαί. Etenim quamquam Josephus Antt. I. 6. 1. p. 15. l. 22 profitetur, se nomina Hebraica ad Graecorum consuetudinem immutasse, nonnunquam tamen pro iis Graeca appellativa posuit. Sic urbem Mahanaim nunc Μάναλιν vocat nunc Παρεμβολάς· v. c. Antt. VII. 9. 8. p. 261. l. 40 et c. 10. 1. p. 262. l. 4. et 24. Quae res Antt. VII. 1. 3. p. 256. l. 30 editores praeteriit. ItaqueAntt. IX. 1 2. p. 334. l. 3 εὑρήσειν γὰρ αὐτοὺς ἐπὶ τῆς μεταξὺ Ἱεροσολύμων καὶ Ἐγγάδδης ἀναβάσεως, λεγομένης δ' ἐξοχῆς, καὶ μὴ κ. τ. λ., sine causa quaedem deesse suspicati sunt viri docti. Scribendum: Ἐξοχῆς. Vocem Hebraicam quomodo aut legerit, aut interpretatus sit Josephus, viderint alii. Caeterum urbs Πηγαὶ, quaenam fuerit, difficile dictu est. Fortasse eadem, quae Joann. III. 23 Αἰνὼν dicitur.

Cap. X. §. 2.. P. 506. l. 7 ... ὡς καὶ δεύτερον ἐπικαλέσασθαι σύμμαχον, πέμψαντας πρὸς τὸν αὐτὸν Ἀντίοχον,] Πρὸς De Lowthii conjectura receperunt editores, quum voculam in Hen. Busb. et Lugd. exstare comperissent. Meliores tamen libri voculam omittunt; nec dubium esse potest, quin abesse debeat, deleto commate post σύμμαχον. Ordo verborum hic est: ὡς καὶ δεύτερον πέμψαντας ἐπικαλέσασθαι σύμμαχον τὸν αὐτὸν Ἀντίοχον. Sexcenties verbum πέμπειν ista ratione usurpatur. Conf. V. c. Antt. VIII. 2. 6. p. 287. l. 36. et c. 8. §. 1. p. 307. l. 8. Dici vix potest, quoties ejusmodi correctionibus Josephi scripta corruperint viri docti. Quod genus universe indicasse sufficiat. Plura exempla adscribere non necessarium videtur.

Cap. XIII. §. 1.. P. 513. l. 14 Τὰ δὲ πολλὰ κ. τ. λ..] L. 15 pro παρέθηκεν recte Dindorfius e codd. reposuit παρέθετο. De παρατίθεσθαι cf. Antt. VII. 15. 1. p. 280. l. 30 Παρατίθημι δέ σοι καὶ τοὺς Βερζελαίου—παῖδας· ubi e Vat. recipiam: παρατίθεμαι. Ibid. XII. 1. p. 434. l. 36: c. 2. 4. p. 438. l. 26: c. 6. §. 3. p. 461. l. 4: c. 10. §. 2. p. 472. l. 28. — L. 16 quamvis licet plerique codd. παραπλεῖν praebeant, tamen περιπλεῖν recte se habet: cf. Plutarch. Vit. Lysandri c. 10 fin.. — L. 17 post Φοινίκην Leid. Lugd. et Hen. addunt: εἰ δὴ φυγὴ γένοιτο. Quod idem agnoscit Vet. int. liberius vertens: *propter refugia*. Genuinum esse additamentum, nemo admonitus non sentiet. — L. 17 μεταστάσης αὐτῆς prorsus intelligi nequit. Codd. ad unum omnes μετὰ πάσης αὐτῆς δυνάμεως. Unde corrigendum μετὰ πάσης αὐτὴ τῆς δυνάμεως. Conf. Antt. XII. 9. 5. p. 470. l. 38 et XIV. 5. 3. p. 533. l. 4. — Quae quum ita sint, facile me probaturum spero, l. 17 ἡ Κλεοπάτρα delendum esse. Quam suspicionem confirmat codd. discrepantia, Lugd. et Hen. ἡ δὲ Κλεοπάτρα, Leid. ἡ Κλεοπάτρα δὲ exhibentibus. — ... παρέθετο. Κελεύσασα δὲ τὸν υἱὸν Ἀλέξανδρον στόλῳ

μεγάλῳ περιπλεῖν εἰς Φοινίκην, εἰ δὴ φυγὴ γένοιτο, μετὰ πάσης αὐτὴ τῆς δυνάμεως ἧκεν εἰς Πτολεμαΐδα.

Cap. XVI. §. 5.. P. 521. l. 20 ἄλλως τε καὶ νομίζοντες, εἰ ξυλλάβοιεν αὐτῷ τῶν μὴ προσδοκωμένων, οὐχ ἧσσον καρπώσεσθαι τὴν βασιλείαν, κ. τ. λ..] In antecc. l. 19 τῷ πλείονι accipiam: τῷ πλείονι μισθῷ. Certe pessime interpretantur: *Homines enim majorem partem sequentes facile obtemperbant.* Inprimis autem verba τῶν μὴ προσδοκωμένων difficultatibus premuntur. Quod vertit Hudsonus: *si eum in rebus non speratis adjuvissent*, nec per verborum, nec per sententiae rationem ferri potest. Lugd. habet: τῶν ᾠκειωμένων. Unde legendum: νομίζοντες, εἰ ξυλλάβοιεν αὐτῷ, τῶν μὴ προσῳκειωμένων οὐχ ἧσσον καρπώσεσθαι τὴν βασιλείαν. Nihil hac correctione certius arbitror. Libani et Trachonitidis incolae latrociniis erant dediti; cf. v. c. lib. XVI. 9. 2. p. 641 et 642, ubi l. 10 pro εἶργε λῃστὰς τοὺς ἐκεῖ, καὶ περὶ τούτων scribendum: εἶργε λῃστείας τοὺς ἐκεῖ. Καὶ περὶ τούτων. Apud Aristobulum mercede militantes non poterant amplius τὴν βασιλείαν incursionibus infestare. Itaque ἧσσον eam τῶν μὴ προσῳκειωμένων, quam ii, qui se cum Aristobulo non devinxissent, καρπώσεσθαι ἔμελλον. Existimabant autem facile hoc damnum resartum iri, si quando Aristobulus ipsorum opera superior factus esset. Nam tunc eum in omnibus libenter ipsis gratificaturum esse.

ANTT. JUD. LIB. XIV.

Cap. III. §. 4.. P. 529. l. 7 Ὡς δὲ κ. τ. λ..] L. 8 Leid. habet: ἥτις ἐστιν Ἰουδαίας ἀρχή. — L. 10 εἴς τι pro ἐστὶ, quod in edd. legebatur, e Hen., quocum consentit Leid., receptum probo. — Sed quod l. 11 ante Ἀριστοβούλου edd. et Leid. addunt εἰς ὃ (in Hen. tantum exstat:

εἰς), id mea sententia non erat abjiciendum. Scilicet hoc quoque loco, ut alibi saepissime, verbum aliquod videtur excidisse. Legam: ἐνταῦθα εἴς τι περικαλλὲς ἔρυμα ἐπ' ἄκρου τοῦ ὄρους ἱδρυμένον (παραγίνεται), Ἀλεξάνδρειον (ὀνόματι), εἰς ὃ Ἀριστοβούλου συμπεφευγότος πέμψας ἐκέλευσεν ἥκειν πρὸς αὐτόν. — Ὀνόματι Vet. int. suppeditat: *Alexandrium nomine*, licet caeteroquin aut non intellexerit locum, aut in suis jam codd. corruptum invenerit. De Alexandrio cf. p. 532. l. 36. — Caeterum temere istud εἰς ὃ ab editoribus esse deletum, facile mihi concessum iri confido, etiam si cui mea correctio non probaretur. Nam istiusmodi additamenta haud raro verioris lectionis reliquiae sunt. De B. J. VI. 3. 4 καὶ τὸ τέκνον (ἦν δ' αὐτῇ παῖς ὑπομάστιος) ἁρπασαμένη, » βρέφος κ. τ. λ.. Pro ὑπομάστιος alii ὑπομάζιος. Eusebius ὑπομάσθιος· quod fortasse praeferendum, cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 557. Sed ἁρπασαμένη incertum est. Codd. haud ita pauci: ὃν ἁρπασαμένη. Legam: ἀναρπασαμένη. Leve hoc, fateor; sed perspicuum tamen. Luculentius mihi exemplum quaerenti peropportune in mentem venit loci Max. Tyrii Dissert. XVIII. c. 10. p. 219: τί εἰκὸς πρᾶξαι τὸν ἄνδρα; ἢ οὐ καταγελάσεσθαι ἐκ τοιούτου δικαστηρίου αὐταῖς ψήφοις καὶ καταδίκαις αὐταῖς; Post πρᾶξαι omnino addendum ἄν· conf., si opus est, Dissert. XIX. c. 1. p. 221 τί εἰκὸς συμβουλεῦσαι ἂν τὸν ἄνδρα τοῦτον; Quod autem sequitur ἐκ τοιούτου haud magis corruptum esse constat, quam eos aberrare conjectura, qui ἐκ deleri jusserint. Equidem rescribendum arbitror: ἐκτόπου οὕτω δικαστηρίου.

Cap. VI. §. 1.. P. 533. l. 45 ἡττῶνται τῇ μάχῃ γενναίως οἱ Ἰουδαῖοι· καὶ προθύμως ἀγωνισάμενοι βιασαμένων τε τῶν πολεμίων εἰς φυγὴν τρέπονται.] Dindorfius ex uno Lugd. recepit: οἱ Ἰουδαῖοι, καίπερ προθύμως. Assentirer, si γενναίως ἡττᾶσθαι concoquere possem. Leid. γενναίως omittit. Quod ita demum poterit probari, si demonstratum fuerit, vocem προθύμως ex eo genere esse, quod

glossematis illustrari aut opus esset, aut soleret. Mihi non nisi interpunctio mutanda videtur: γενναίως οἱ Ἰουδαῖοι καὶ προθύμως ἀγωνισάμενοι, βιασαμένων τε κ. τ. λ., ut γενναίως καὶ προθύμως conjungantur. Similem verborum collocationem supra p. 94 jam notavimus. — Item mutata interpunctione adjuvandus est locus Plutarchi Vit. Artax. c. 4, sed praeterea pro ἐν δὲ τῷ corrigam: ἔν γε τῷ, h. m.: κολάσεως δὲ πάσης ἀφαιρῶν τὸ ὑβρίζον, καὶ ἡδόμενος ἐν τῷ δέχεσθαι χάριτας οὐχ ἧττον τοῖς διδοῦσιν, ἢ τοῖς λαμβάνουσιν ἔν γε τῷ διδόναι φαινόμενος εὔχαρις καὶ φιλάνθρωπος. Sic τοῖς διδοῦσιν pertinet ad ἡδόμενος, ut τοῖς λαμβάνουσιν ad φαινόμενος. Vulgo male post λαμβάνουσιν colo distinguitur.

Cap. VI. §. 2.. P. 534. l. 15 Γαβινίῳ μέντοι κατὰ τὴν στρατείαν, ἣν ἐπ' Ἀρχέλαον ἐστείλατο, Ἀντίπατρος ὑπηρέτησε σῖτον καὶ ὅπλα καὶ χρήματα· καὶ τοὺς ὑπὲρ Πηλούσιον τῶν Ἰουδαίων οὗτος αὐτῷ προσηγάγετο κ. τ. λ..] Nihil unquam vidi, quod magis langueret, quam istud ἣν ἐπ' Ἀρχέλαον ἐστείλατο. Sufficeret, opinor, κατὰ ταύτην τὴν στρατείαν, scilicet qua Ptolemaeum, ejecto Archelao, reducere constituerat Gabinius, l. 14. Nempe vulgata non est nisi Hudsoni conjectura. Libri ad unum omnes ἣν ὑφ' Ὑρκανὸν ἐστείλατο. Quocirca sic potius emendandum censeo: Γαβινίῳ μέντοι (καὶ) κατὰ τὴν στρατείαν, ἣν ὑπὲρ Ὑρκανοῦ ἐστείλατο (vi plusq. perf.; respicitur ad cap. 5. §. 4.), Ἀντίπατρος ὑπηρέτησε σῖτον καὶ ὅπλα καὶ χρήματα· καὶ (τότε) τοὺς ὑπὲρ Πηλούσιον τῶν Ἰουδαίων κ. τ. λ..

Cap. VII. §. 2.. P. 535. l. 30 Πέμψας δὲ Μ. κ. τ. λ..] L. 31 pro ἅπερ ἔθετο Leid. praebet: ἃ παρέθετο· vide supra ad lib. XIII. 1. 3. 1. p. 111. — Quae sequuntur fortasse sic scribenda sunt: καὶ τὰ (δημόσια) τῶν Ἰουδαίων, (ὄντα περὶ) ὀκτακόσια τάλαντα. — Ad ea, quae h. l. narrantur, conferendus est locus Philon. De leg. ad Caj.

§. 23. T. VI. p. 107 Ἠπίστατο καὶ χρήματα κ. τ. λ., ubi paulo post pro ὅτι καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἐφρόντιζεν, omnino legendum: ὅ. κ. τ. Ἰ. ἐφρόντιζον. Item eadem pag. init. corrupta sunt haec: Πῶς οὖν ἀπεδέχετο τὴν πέραν τοῦ Τιβέρεως ποταμοῦ μεγάλην τῆς Ῥώμης ἀποτομὴν, ἣν οὐκ ἠγνόει κατεχομένην καὶ οἰκουμένην πρὸς Ἰουδαίων; Deleto ἣν post ἀποτομὴν sic locum constituam: Πῶς οὖν ἀπεδέχετο; Τὴν πέραν τοῦ Τ. ποταμοῦ, μεγάλην τῆς Ῥώμης ἀποτομὴν, οὐκ ἠγνόει κατεχομένην καὶ οἰκουμένην πρὸς Ἰουδαίων. Ad ἀπέδεχετο intellige ὁ Σεβαστὸς τοὺς Ἰουδαίους. Forte ἣν ortum traxit ex αν, ut legendum sit: ἀποτομὴν οὖσαν, οὐκ ἠγνόει. Porro conferatur ejusdem libri §. 31. p. 119. Καθ' ἕκαστον γὰρ ἐνιαυτὸν κ. τ. λ..

Cap. VII. §. 2.. P. 535. l. 39—44 Μαρτυρεῖ κ. τ. λ..] Ὅτι non habet verbum finitum. Itaque videntur existimare interpretes, πέμψαι negligentius pro ἔπεμψε positum esse, ac si non ὅτι, sed Σύλλαν καθ' ὃν καιρὸν διέβη praecessisset; cf. versio Hudsoni. Quod non modo durissimum est, sed etiam loci sententiam pervertit. Non enim testari dicitur Strabo, Syllam tunc temporis Lucullum ad Cyrenam misisse, sed, quo tempore Sylla in Graeciam trajecisset, jam tum Judaeos orbem terrarum implevisse. Mitto plura. Corrigam: Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ αὐτὸς ὁ (malim ὁ αὐτὸς) Στράβων ὅτι, καθ' ὃν καιρὸν διέβη Σύλλας εἰς τὴν Ἑλλάδα, πολεμήσων Μιθριδάτην καὶ Λεύκουλλον πέμψας ἐπὶ τὴν ἐν Κυρήνῃ στάσιν τοῦ ἔθνους ἡμῶν, ὡς αὐτῶν (i. e. Ἰουδαίων) ἡ οἰκουμένη πεπλήρωτο. — Πεπλήρωτο suppeditat Leid.: Omnino autem plusq. perf. opus est. Vide l. 40 καθ' ὃν καιρόν. — Deinde per negligentiam post ἡμῶν infertur ὡς, ac si paulo ante post Στράβων non exstaret ὅτι. Plutarchus, Non posse suav. vivi sec. Epic. c. 19. p. 1100. C.: Οὐ γὰρ ἄν τινα πείσειεν (Epicurus) ἀνθρώπων ὅτι τὴν Νεοκλέους μαρτυρίαν καὶ τὴν Κολώτου προσκύνησιν ἐν τοσούτῳ λόγῳ τιθέμενος καὶ ἀγαπῶν, ὡς οὐκ ἄν, ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κροτηθεὶς Ὀλυμπιάσιν, ἐξεμάνη καὶ ἀνωλόλυξεν, μᾶλλον δὲ ὅπως

ὑπὸ χαρᾶς ἤρθη κ. τ. λ.. Pro ὅπως recte, ut videtur, Wyttenb. conjecit ὅλως, sed quod idem ὡς post ἀγαπῶν delendum censet, non possum probare. Conf. ὅτι — ὅτι in ep. ad Ephes. II. 11 et 1 Joann. III. 20; quaeque Winerus Gr. N. T. p. 522 not. *** de his locis monuit. — De Judaeis per totum orbem terrarum dispersis cf. Philon. De leg. ad Caj. §. 36. T. VI. p. 131; ubi pro Φίλων ἐνίων πατρίδας ὅλης τῆς Ῥωμαϊκῆς ἠξίωσας πολιτείας libenter legam: Τῶν Φίλων ἐνίων πατρίδας ὅλας τῆς κ. τ. λ.. Tum post δεσπόται ἑτέρων colo distinguendum.

Caeterum de reliquis, quae hac §. emendationis indigent, alias videbimus.

Cap. X. §. 10—23. Hic est ille locus, qui maximam partem unius adhuc codicis Vossiani fide atque auctoritate editus est. Cod. Leid. Albertii hanc nobis suppeditavit lectionis varietatem:

§. 10. P. 546. l. 21 Κοΐντῳ Ῥουτιλίῳ Κοΐντῳ Κορνηλίῳ ταμίαις κατὰ πόλιν. Conf. Gronovii not.. — L. 24 Λούνιος καὶ Καρπούνιος Μεντηνίᾳ Πείσων· Σερούνιος Παπίνιος Λεμωνίᾳ· Κΰϊντος Γάϊος Κανίνιος Τηρητίνᾳ Ῥεβίλιος· Πόπλιος Τιδήτιος Λευκίου υἱὸς Πολλίᾳ· Λεύκιος Ἀπούλιος Λευκίου υἱὸς Σεργίᾳ· Φλάβιος Λευκίου Νεμωνίᾳ· Πόπλιος Πλαύτιος Ποπλίου Παπιρίᾳ· Μάρκος Σασέλλιος Μάρκου Μεκίᾳ· Λούκιος Ἐρούκιος Λουκία Τηλητίνᾳ· Μάρκος Κΰϊντος Μάρκου υἱὸς Πολλίᾳ Πλάκιλλος· Πούπλιος Δολαβέλλας. —

§. 11. Ibid. l. 47 ἔθη καὶ κατὰ ταῦτα ζῆν ἐπιτρέπειν· οὗ τυχεῖν αὐτῷ ῥᾳδίως ἐγένετο. Λαβὼν γάρ. Recipienda. —

§. 12. Ibid. l. 53 Ἀρτέμονος μηνὸς Ληναιῶνος. (Voss. Ἀρτέμηνος Ληναιῶνος.) — P. 547. l. 9 τὴν στρατείαν et ἐγχωρῶ sed in marg. manu rec. adscriptum est συ.

§. 13. P. 547. l. 18 ἀπέλυσε. — L. 19 δώδεκα. — L. 21 Βάλγος. — L. 22 Κροστομίνᾳ. — Ibid. Κάσσιος pro Ῥαίσιος. — L. 24 Γαΐου υἱὸς Τηρητίνᾳ. — L. 26 Γαΐου υἱὸς Σαββατίνᾳ. — L. 26 Ἄππιος. — L. 27 Βέλ-

βος. — L. 29 Λεύκιος. — L. 31 Φαννίου. — L. 33 ἵνα μή τις αὐτοῖς διενοχλῇ. Recte.

§. 14. L. 40 εἴ τινες εἰσὶν Ἰουδαῖοι. Recte. (Voss. τινες ἰνουδαῖοι.) — L. 41 ὕπατον Λούκιον Κορνήλιον. — L. 43 Δἰ ὃ. — L. 45 Σαρδιανοία (sic) περὶ ἡμῶν ἐψηΦίσατο (sic).

§. 15. L. 46 Φάννιος. — L. 47 ὑμᾶς εἰδέναι. — L. 50 Ὑμᾶς οὖν θέλω. Recte. — L. 52 τὸ τῆς συγκλήτου. Recte. — L. 53 ἀνακομισθῶσιν.

§. 16. L. 54 Λεύκιος.

§. 17. P. 548. L. 8 αὐτούς. — L. 11 ἵν' ἐξῇ ποιεῖν αὐτοῖς.

§. 18. L. 13 Μάρκος Πόπλιος Πουρίου. (Voss. ἔκρινα ος πουρίου et in marg. Μάρκος Πόπλιος). Legend. Μάρκος Πόπλιος Σπουρίου, deleto artic.. — L. 14 Λεύκιος. — L. 17 Ἰουδαίους ποιήσῃ ἱερά. — L. 19 ἀπέλυσα.

§. 19. L. 22 Βάλγος. — L. 24 Πομπήϊος. Recte. — L. 25 Τηρητίνᾳ. — L. 27 Αἰμιλίᾳ. — L. 28 Αἰσομίας Σέσρανος, ut Voss.. — L. 29 Σαββατίνᾳ. — L. 32 Αὔλιος Φρούριος Παύλου. — L. 34 ἐξήνεγκεν. — L. 34 non habet εἶναι post Ἰουδαίους. —

§. 20. L. 37 Ῥαγιλλίῳ. — L. 42 ἵνα τὰ σάββατα αὐτοῖς ἄγειν ἐξῇ. Recte. — L. 49 deest οὕτως. — L. 50 δέ τε. — L. 51 Ἡμεῖς οὖν ταῦτα κατακολουθοῦντες. Forte legend.: Ἡμεῖς οὖν ταῦτα (ἐποιήσαμεν), κατακολουθοῦντες. — P. 549. l. 1. ὡς pro ὧν. Recte.

§. 21. L. 4 non habet καὶ ante δήμῳ. — L. 5 Πρύτανις. — L. 14 ἔθεσιν.

§. 22. L. 16 μῆνος Δεσίου. (Voss. Περγαμηνὸς Δεσίου pro Περγαμηνῶν. Ἐ π. Κρατίππου, Δαισίου· sed Ἐ. π. Κ. habet in marg..) — L. 18 πάντων. — L. 31 καὶ μὴ ἐξεῖ αὐτοῖς. — L. 32 ἢ ἐκ τῆς. (Voss. ἧε τῆς.) — L. 35 καὶ Φίλος ἡμέτερος. — L. 36 deest τε. — L. 38 γενέσθαι. — L. 41 ἀπολαβόντες τήν Recte; sed L. 40 corrigam: Ἐπεδεξάμεθα. — L. 43 αὐτοῦ τοὺς λόγους. Recte. (Voss. αὐτοὺς λόγους.) — L. 47 γράμματα καὶ εἰς. — L. 49 κατὰ τὸ τῆς. Recte. — L. 50 καὶ Θεόδωρος. — L. 51 ἐπιδούς.

Recte. — L. 54 συντηρεῖν τε καί. — P. 550. l. 1 αἰτίαν. — L. 3 δὲ ὡς.

§. 23. L. 8 Ἀριστείδου. — L. 8 Εὐωνύμου deest. — L. 16 δέδοκται καὶ ἡμῖν. — L. 21 τῷδε τῷ· ut Voss..

ANTT. JUD. LIB. XV.

Cap. V. §. 5.. P. 588. l. 40 seqq..] Pro ἄγειν καὶ δεῖν. Καὶ πέντε Leid.: ἄγειν. Καὶ δὴ πέντε. — L. 41 τετρακισχίλιοι τὸ πλῆθος ἑάλωσαν. Pro τὸ πλῆθος e Vat. Lugd. et Busb. οὕτως recepit Dindorfius. Leid. habet: τετρακισχίλιοι τὸ πλῆθος οὕτως ἑάλωσαν. — In seqq. interpunctionem de Ernestii sententia mutarunt Richterus et Dindorfius. — Sed inprimis l. 48 verba κέρδος δ' εἰ θνήσκοιεν, τὴν συμφορὰν τὸ ζῆν ποιούμενοι consideranda sunt. Τὸ ζῆν est conjectura Hudsoni pro eo, quod erat in edd. τοῦ ζῆν. Dindorfius lectionem cod. Vat. recepit, ἐν συμφορᾷ τὸ ζῆν ποιούμενοι. Leid. habet: κέρδος δ' εἰ θνήσκειεν ἐν συμφορᾷ τοῦ ζῆν· unde corrigendum arbitror: κέρδος δ' εἰ θνήσκοιεν ἐν συμφορᾷ τοῦ ζῆν ποιούμενοι. Dictione κέρδος ποιεῖσθαι comparativum contineri quivis admonitus perspiciet. Huic igitur subjungitur genitivus τοῦ ζῆν (ἢ τὸ ζῆν)· post quod verbum ἐν συμφορᾷ mente repetendum est. Explicem: *optabilius, melius existimantes, si in calamitate morerentur, quam (in ea) vivere.* — Caeterum l. 49 ἐν τῇ προτεραίᾳ μάχῃ pro ἐν τῇ τῆς προτέρας ἡμέρας μάχῃ vehementer displicet. Forte legendum: ἐν τῇ προτέρᾳ μάχῃ.

Cap. VIII. §. 3 et 4.. P. 600. l. 42 Ἐκ δὴ τούτου συνομοσάμενοι πάντα κίνδυνον ὑποδύεσθαι δέκα τῶν πολιτῶν ἄνδρες καὶ ξιφίδια τοῖς ἱματίοις ὑποβαλόντες *** ἦν δ' αὐτοῖς δι' ἀναξιοπάθειαν ὧν ἤκουσεν καὶ τῶν διεφθορότων τις τοὺς ὀφθαλμοὺς συνωμοσμένος, οὐχ ὡς συνεργῆσαί τι καὶ λίαν

εἰς τὴν ἐπιχείρησιν ἱκανὸς, ἀλλ' ἐν ἑτοίμῳ κατατιθεὶς αὑτὸν παθεῖν εἴ τι κἀκείνοις συμβαίνοι δυσχερές· ὥστε μὴ μετρίαν τὴν ὁρμὴν τοῖς ἐπιχειροῦσι δι' αὐτὸν γενέσθαι.

δ'. Ταῦτα γνόντες ἀπὸ συνθήματος εἰς τὸ θέατρον ἐχώρουν κ. τ. λ..] Sic primus edidit Dindorfius, duabusque partibus locum saniorem, quam vulgo legebatur, praestitit. Nam l. 44, quâ de re monuerat jam Ernestius, pro ὑπολαβόντες ex Hen. rescripsit ὑποβαλόντες· et l. 48 pro συμβαίνει e Lugd. correxit συμβαίνοι. — Praeterea l. 45 ἤκουσαν editionum e Vet. int. (qui *audiebat* vertit) mutatum est ab Hudsono in ἤκουσεν. Leid. et Lugd. habent: ἤκουον. Unde cum Coccejo praeferam ἤκουεν. N ἐφελκυστικὸν ante consonantem corruptelae causa videtur fuisse; quod et alibi saepius factum esse deprehendimus. — Quod vero l. 44 post ὑποβαλόντες lacunae signa posuit Dindorfius, et ipse aliquando quaedam excidisse putabam, sed l. 50 post γενέσθαι, verbis ἦν δέ τις—γενέσθαι in parenthesi inclusis. Postea tamen, quum nihil succurreret, quod commode posset inseri, sententiam mutavi. Quid enim? Ἐκ δὴ τούτου συνομοσάμενοι πάντα κίνδυνον ὑποδύεσθαι δέκα τῶν πολιτῶν ἄνδρες καὶ ξιφίδια τοῖς ἱματίοις ὑποβαλόντες ἀπὸ συνθήματος εἰς τὸ θέατρον ἐχώρουν, haec igitur nonne satis apte cohaerent? Quocirca paragraphorum distinctione sublata h. m. locum ediderim: ... ὑποβαλόντες (ἦν δ' αὐτοῖς — γενέσθαι.) ταῦτα γνόντες κ. τ. λ.. Verbis ταῦτα γνόντες interruptum orationis tenorem paulo negligentius instauravit Josephus. Ταῦτα accipe πάντα κίνδυνον ὑποδύεσθαι. Quem usum supra p. 64 satis superque confirmasse mihi videor. Quamobrem locos, quos hic annotaveram, praetermittendos putavi. Tantum Plutarchi verba, De Eἶ Delphic. c. 15. p. 391. C recitare liceat, non tam quia ταῦτα similiter positum habere videantur, quam quod misserrime corrupta sunt: Εἰ δ' ἕτερα ταῦτ' ἐστὶ, κἀκείνως ἂν εἴη καὶ οὕτως ἐν πέντε γενέσεσι καὶ διαφοραῖς. Πυθόμενος, φησὶ, δή τις ταῦτα πρότερὸς συνιδὼν Πλάτωνος, δύο Ε καθιέρωσε τῷ θεῷ, δήλωμα καὶ σύμβολον τοῦ ἀρι-

ὁμοῦ τῶν πάντων. Wyttenbachius conjecit: ... διαφοραῖς· αἷς (imo οἷς) πειθόμενος, φασὶ, δή τις ταῦτα πρότερος συνιδὼν Πλάτωνος δοκεῖ τὸ Ε καθιέρωσαι τῷ θεῷ. Quae conjectura quum aliis nominibus displicet, tum quod verba δύο Ε sine dubio retineri debent. Scilicet Plutarchi aetate tres Ε in templo Delphico conspiciebantur. Tertia consecrata erat a Livia Augusta. Vide c. 3 fin.* Hujus igitur, ut recentissimae, aliarumque exemplo positae, ratio non erat habenda. Sed de reliquis duabus quaeri poterat, non solum quid significarent, sed etiam quare *duae*, nec una vel plures, consecratae essent. Mihi in mentem venit: Εἰ δ᾽ ἕτερα ταῦτ᾽ ἐστὶ, κἀκείνως ἂν εἴη καὶ οὕτως ἐν πέντε γενέσεσι καὶ διαφοραῖς (τὰ πάντα). Πυθιονίκης δή τις ταῦτα πρότερος συνιδὼν Πλάτωνος δύο Ε καθίερωσε τῷ θεῷ, δήλωμα καὶ σύμβολον τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀρχῶν. Explicem: *Sin differunt haec* (sc. quae in Sophista, et quae in Philebo disputat Plato) *inter se, et illa ratione* quae in Sophista proponitur), *et hac* (quae in Philebo exstat) *in quinque erunt omnia ortibus et dissipationibus* (i. e., si quae in Soph. et Phileb. dixit Plato differunt inter se, sequitur, esse quidem quinque potissima rerum principia, sed *duobus* id *modis* intelligi posse). *Itaque Pythionices aliquis, quum haec* (nempe, quinque esse rerum principia, sed *duobus* id *modis* intelligi posse) *ante Platonem perspexisset, duas E consecravit Apollini, notam atque indicium numeri principiorum* (i. e. ut, quid de rerum principiis sentiret, symbolice declararet). — Ad διαφοραῖς cf. c. 20. p. 393. B, vix tamen mihi temperavi, quin διαφθοραῖς corrigerem. Modo ante διάκρισιν et διάστασιν usurpaverat Plutarchus. — *Itaque Pythionices aliquis consecravit* ad sensum idem est atque *Itaque suspicor, Pythionicem aliquem consecrasse.* Non igitur Wyttenbachiano δοκεῖ opus est. Et nos haud raro, quae facta esse conjicimus, solemus narrare, tanquam si revera facta essent. — Denique τῶν ἀρχῶν pro τῶν πάντων corrigendum esse, quum universae disputationis ratio docet, tum

inprimis quae lit. B leguntur: Καὶ μὴν οἶσθα δήπουθεν ὅτι πέντε μὲν ἐν Σ. τὰς κυριωτάτας ἀποδείκνυσιν ἀρχάς. — Quae sequuntur apud Plutarchum: Ἀλλὰ μὴν καὶ τἀγαθὸν κ. τ. λ.. adeo sunt corrupta et mutila, ut probabili conjectura vix restitui posse videantur. Putem scriptorem in hanc fere sententiam perrexisse: *Atqui Platonem ipsum numeri quinarii praestantiam perspexisse, satis apparet ex iis, quae item in Philebo, sed alio loco, disseruit.*

Cap. VIII. §. 4.. P. 601. l. 33 ... ἡ δ' ἐπιμονὴ τοῦ πλήθους καὶ τὸ τῆς ὑπὲρ τῶν νόμων πίστεως ἀκατάπληκτον, οὐ ῥᾴδιον ἐποίει τὸν Ἡρώδην, εἰ μὴ μετὰ πλείονος ἀσφαλείας κρατῴη.] Pro οὐ ῥᾴδιον Ernestius conjecit ὀρρωδεῖν· quam conjecturam recepit Dindorfius. Equidem non dubito, quin vulgata recte se habeat: *efficiebat, ut Herodes timore liber non esset.* Scilicet ῥᾴδιος haud raro apud Josephum *tranquillum* denotat, sive dolore quis, sive metu, sive suspicione, sive quacunque demum animi perturbatione levetur. — Antt. II. 3. 3. p. 44. l. 29 Ἐκαθέζετο δὲ σακκίον ἐξαψάμενος καὶ τῇ λύπῃ βαρὺς, ὡς μήτε ὑπὸ παίδων παρηγορούντων αὐτῶν ῥᾷονα γενέσθαι μήτε κάμνοντα τοῖς πόνοις ἀπαγορεύειν. Quo loco Fabri conjectura αὐτῷ ῥᾷον sine dubio repudianda est. Sed praecedentia ὑπὸ παίδων παρηγορούντων αὐτῶν videntur laborare. Scilicet quaenam est ratio omissi ante παίδων articuli? In quibusdam codd. pro αὐτῶν est αὐτόν· quod parum proficit. Nam praeterquam quod ne sic quidem articulus recte abesset, ipsum istud αὐτὸν dubitationem haberet, utrum ad παρηγορούντων, an ad ῥᾷονα pertineret. Forte leg.: μήτε ὑπὸ παρηγορούντων αὐτῶν, sc. τῶν παίδων. — Antt. V. 11. 3. p. 186. l. 39 Ἠλεὶ — ὡς ἔγνω τὰ κατὰ τὴν μάχην, ῥᾴων ἦν ἐπί τε τοῖς παισὶ κ. τ. λ., id est: *minus dolebat.* Opponitur l. 46 περιαλγήσας. — Antt. XV. 11. 1. p. 610. l. 39 Οὐχ ἕτοιμον δὲ τὸ πλῆθος ἐπιστάμενος, οὐδὲ ῥᾴδιον ἔσεσθαι πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ἐπιχειρήσεως κ. τ. λ.. — Antt. XVI. 7. 3. p. 634. l. 47

Ἐκακοῦτο δὲ ταῖς ὑποψίαις καὶ χείρων ἀεὶ γινόμενος ἅπασιν κατὰ πάντων ἐπίστευεν. Οὐ μὴν ἀλλὰ τότε μὲν ἐπίπληξας τοῖς παισὶν, ἀπολογησαμένων ῥᾴων εἰς τὸν καιρὸν ἐγίνετο, ταῖς δ' ἑξῆς (sc. ἡμέραις) πολὺ χείρω προσέπεσεν. Denique, ut intelligatur, locutionem ῥᾴδιον τινὰ ποιεῖν recte se habere, adscribam Plutarchi locum, Non posse suaviter vivi sec. Epic. c. 24. p. 1103. F. ...ἱκανῶς διαλεγομένου πρὸς τοὺς ἀξιοῦντας τὸν Ἐπικούρου λόγον τοῦ Πλάτωνος περὶ ψυχῆς ῥᾴονας καὶ ἡδίους πρὸς θάνατον ἡμᾶς ποιεῖν.

Cap. IX. §. 1.. P. 602. l. 29 ἢ καὶ κατὰ περιόδους ἀπαντήσαντος τοῦ κακοῦ.] Vat. Leid. Hen. et Busb. post περιόδους addunt οὕτως. Si quis autem istud κατὰ περιόδους intelligere volet, adeat Plutarchum, Vit. Syllae. c. 7.

Cap. XI. §. 3.. P. 612. l. 13 Τοῦτον ὁ πρῶτος ἡμῶν βασιλεὺς Σολομὼν, κατ' ἐπιφροσύνην τοῦ Θεοῦ, μεγάλαις ἐργασίαις ἀπετείχιζεν ἄνωθεν τὰ περὶ τὴν ἄκραν, ἀπετείχιζε δὲ κ. τ. λ.] Ὁ πρῶτος ἡμῶν βασιλεὺς Σ. frustra defendit Hudsonus. Fortasse artic. delendus est: *Hunc primus rex quidam nostri populi Solomon* caet.. Gentilibus scripta destinaverat Josephus.— L. 15 Leid. et Hen. praebent: ἀπετείχιζεν τὰ περὶ τὴν ἄκραν ἄνωθεν, ἀπετείχιζεν δὲ κ. τ. λ.. Vide ne ἄνωθεν melius absit. — Sed inprimis verba κατ' ἐπιφροσύνην τοῦ Θεοῦ consideranda sunt. Ernestius: » Plane contra analogiam ἐπιφροσύνη dicitur active de *instinctu*. Possis conjicere ὑποθημοσύνην. Videndum tamen an similia exempla reperiantur." Equidem κατ' ἐπιφροσύνην vertam: *favore* (onder begunstiging). Apud Josephum vox ἐπιφροσύνη praeter hunc locum nusquam legitur. Sed tanto saepius apud Philonem exstat. Vide Vit. Moys. I. §. 38. T. IV. p. 159 ...ἀπὸ τῶν πηγῶν, αἳ πικραὶ μὲν ἦσαν φύσει, μετέβαλον δ' ἐπιφροσύνῃ θείᾳ πρὸς τὸ γλύκιον. Ibid. II. §. 1. p. 186 Οὐ γὰρ ἄνευ θείας ἐπιφροσύνης κατορθοῦται τὰ βασιλέων καὶ ὑπηκόων πράγματα. Ibid. §. 6. p. 191, qui locus h. m. interpungendus est: Καὶ πρέσβεις

εὐθὺς ἐξέπεμπε πρὸς τὸν τῆς Ἰουδαίας ἀρχιερέα καὶ βασιλέα (ὁ γὰρ αὐτὸς ἦν), τό τε βούλημα δηλῶν καὶ προτρέπων ἀριστίνδην ἑλέσθαι τοὺς τὸν νόμον διερμηνεύσοντας. Ὁ δὲ οἷα εἰκὸς, ἡσθεὶς καὶ νομίσας οὐκ ἄνευ θείας ἐπιφροσύνης περὶ τὸ τοιοῦτον ἔργον ἐσπουδακέναι τὸν βασιλέα κ. τ. λ.. Ibid. §. 10. p. 196 εἷς μόνος ἀνὴρ μέτοικος ἐπιφροσύνῃ θείᾳ σώζεται. Ibid. III. §. 18. p. 217 ...ὅτι οὐδὲν ἄνευ θείας ἐπιφροσύνης ἐπετελεῖτο.

ANTT. JUD. LIB. XVI.

Cap. II. §. 5.. P. 621. l. 22 Ὁ δὲ — ἔτους.] Corruptum esse hunc locum, vel illud satis demonstrat, quod διηγεῖσθαι ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις l. 25, *de rebus suis prosperis narrare*, dici omnino nequit. Nec magis l. 28 ἀγαλλόμενος nude positum, *laetitia elatus*, ferendum est. — Codd. Vat. et Busb. pro διηγήσατό τε σύμπαν praebent: διηγήσατο τότε σύμπαν. Iidem et Lugd. et Hen. l. 28 τε post ἀγαλλόμενος omittunt. Quocirca sic locum constituam: Ὁ δὲ παρελθὼν ἀπολογισμόν τε τῆς ὅλης ἀποδημίας ἐποιήσατο, καὶ τὰ περὶ τοὺς Ἰουδαίους, ὅσοι κατὰ τὴν Ἀσίαν ἦσαν, ὡς δι' αὐτὸν ἀνεπηρεάστως εἰς τὸ λοιπὸν ἕξουσιν, διηγήσατο. Τὸ δὲ σύμπαν ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις καὶ τῇ διοικήσει τῆς ἀρχῆς, ὡς οὐδενὸς παραλείποιτο τῶν ἐκείνοις συμφερόντων, ἀγαλλόμενος τὸ τέταρτον τῶν φόρων ἀφίησιν αὐτοῖς τοῦ παρεληλυθότος ἔτους. — Verbum διηγήσατο ad praecedentia pertinere, ab iisque male divulsum esse, quivis, opinor, concedet: ἀπολογισμόν τε — ἐποιήσατο, καὶ διηγήσατο κ. τ. λ.. — Ad τὸ δὲ σύμπαν conf. Antt. XV. 3. 5. p. 580. l. 5. Ibid. c. 4. §. 2. p. 583. l. 6 et c. 9. §. 2. p. 603. l. 39. XVI. 10. 9. p. 648. l. 21. — Denique ἀγαλλόμενος ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις καὶ (ἐπὶ) τῇ διοικήσει τῆς ἀρχῆς rectissime se habere, nemo negaverit. — Restat, ut de verbis l. 27 ὡς οὐδενὸς παραλείποιτο τῶν

ἐκείνοις συμφερόντων videamus. Busb. praebet: ὡς οὐδὲν παραλείποι τῶν ἐ. σ., quod ita recepit Dindorfius, ut παραλείποι in παραλίποι mutaret. Mihi dubium non est, quin ista lectio temeraria sit cujusdam sive lectoris, sive librarii correctio. Cujusmodi correctiones permultae in eo cod. reperiuntur. Nec vero si quis: ὡς οὐδὲν παραλείποιτο (passive) τῶν ἐκείνοις συμφερόντων, conjecerit, multum ille Busbequiensis lectionis auctorem felicitate superabit. Nam ea est hujus loci ratio, ut παραλείποιτο necessario Herodem subjectum habere debeat. Scilicet hoc maxime spectabat regis oratio, ut se ipsum Judaeis commendaret. Itaque de regni administratione gloriantem minime conveniebat dicere, *omnia jam recte fieri;* profiteri potius oportebat: *se omnia recte administrare.* — Quid si legatur: ὡς οὐδενὸς ἄρα λείποιτο τῶν ἐκείνοις συμφερόντων? Ita voce ἄρα Josephus indicavit, hanc Herodis professionem, ut eventus docuisset, non veram, sed simulatam fuisse. De λείπεσθαι cf. supra §. 1. p. 617. l. 15 Ἀγρίππας δὲ τῷ Θεῷ μὲν ἑκατόμβην κατέθυσεν, εἱστία δὲ τὸν δῆμον, οὐδενὸς τῶν μεγίστων πλήθει λειπόμενος. Quae verba sic interpretatur Hudsonus: *nemini rerum lautissimarum copia cedens.* Perperam sine dubio. Fuit, quum pro μεγίστων conjicerem, ἀρεστῶν. Quam conjecturam, tametsi nunc non necessariam judico, commemoravi tamen, quoniam loci sententiam, nisi fallor, patefacit. Verbum de verbo sic vertas: *nullo eorum quae maxima* (sunt) *multitudini deficiens*, i. e. nihil eorum, quae apud multitudinem maximi fieri solent, non largissime suppeditans. Ita ὡς οὐδενὸς λείποιτο τῶν ἐκείνοις συμφερόντων erit: *nullo se deficere eorum quae illis conducebant*, i. e. se nulla in re commodis illorum deesse. Forma activa λείπειν eodem modo legitur Antt. XVII. 8. 4. p. 675. l. 27. Caeterum vide quae supra p. 101 monuimus.

Cap. IV. §. 3.. P. 625. l. 40 Εἰπάτω δή τις ἡμῖν εἰ τετόλμηται τοιοῦτον ᾧ καὶ τὰ μὴ πιστὰ πίστιν εἴωθεν ὑπὲρ

εὐεργείας λαμβάνειν.] Verba ὑπὲρ εὐεργείας explicant: *propter* (hominum) *credulitatem.* Atqui sic primum non ὑπὲρ sed ὑπ' εὐεργείας jure meritoque requiras. Rationes harum praepositionum hodie quidem notissimae sunt. Antt. XI. 6. 2. p. 418. l. 37 ...τοὺς πρώτους τῶν ἐθνῶν εἱστία ἐπὶ μῆνα ὅλον ὑπὲρ τῶν γάμων αὑτοῦ, recte vertunt: *in nuptiarum suarum honorem;* i. e. ut nuptiae suae tanto magis celebrarentur et condecorarentur. Ibid. XII. 7. 3. p. 463. l. 22 ...ἣν (ἐλευθερίαν) καὶ δι' αὐτὴν ἅπασιν ἀγαπητὴν οὖσαν ἡμῖν ὑπ' ἐξουσίας τοῦ θρησκεύειν τὸ θεῖον ἔτι ποθεινοτέραν εἶναι συμβέβηκεν. Hic ego ὑπ' ἐξουσίας recte se habere, minime negaverim; sed exquisitior multo est lectio duorum codd. ὑπὲρ ἐξουσίας. *Libertas*, inquit, *nobis etiam desiderabilior est, ut potestatem Dei rite colendi retineamus, tueamur, vindicemus.* Ibid. XV. 8. 4. p. 601. l. 33 καὶ τὸ τῆς ὑπὲρ τῶν νόμων πίστεως ἀκατάπληκτον. Ernestius πίστις ὑπὲρ τῶν νόμων recte dici negat. Quidni recte dicatur? Est *fides*, constantia, *quae legum auctoritatem tuetur.* Ibid. XVIII. 2. 4. p. 697. l. 45 Ἀρτάβανος δὲ πολὺν τῇ τροπῇ φόνον ἐργασάμενος ὑπὲρ ἐκπλήξεως τῶν βαρβάρων, — ἀναχωρεῖ. Hudsonus vertit: *quod animis consternati erant barbari.* Pessime. Quod quum sentiret Ernestius, ὑπ' ἐκπλήξεως legendum esse conjecit. Quam conjecturam utinam ne recepisset Dindorfius. Hoc voluit Josephus: *ut metum barbaris incuteret.* Philo, De incorr. mundi §. 7. T. VI. p. 10: Ὥστ' οὐδὲν ἐλαττωθεῖσα (sc. ἡ γῆ) τῆς παλαιᾶς ἰσχύος καὶ νῦν ἄν, εἴ γε τὸ πρότερον, ἔτικτεν ἀνθρώπους ὑπὲρ δυοῖν τοῖν ἀναγκαιοτάτοιν· i. e. *ad duo eaque maxime necessaria efficienda.* (In seqq. pro γυναικὸς ἐπικουρίας fortasse leg. γυναικῶν ἐπικουρίας· i. e. *ut mulieres labore levarentur.* Tum pro πολλάκις ὠδῖσιν αὐταῖς ἀποθνήσκουσιν· ὅλως οὐκ κ. τ. λ.. libenter corrigam: π. ὠ. αὐταῖς ἐναποθνήσκουσιν. Ὅλως δ' οὐκ κ. τ. λ.. Denique ad ἐγκεκολπίσθαι cf. De plantat. §. 2. T. II. p. 146.) Quae quum ita sint, non dubito assentiri van Hengelo,

Epist. Pauli ad Philipp. II. 13 verba ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας sic interpretanti: *ut placitum suum benignum ostenderet*, vel *ut amoris sui magnitudinem testatam faceret, ab omnique se suspicione liberaret, quasi hominibus non bene cuperet*. Eodem pertinent loci, quos laudavit Vir cl. Joann. XI. 4. Rom. I. 5 et XV. 8. Quid quod neque Rom. XV. 8, 9. 1 Cor. X. 30 et 2 Thess. I. 5 diversa ratione sunt explicanda; quamquam ad aliam generis partem referri debent. — Contra apud Philonem De Special. legg. §. 6. T. V. p. 14 ὑπὲρ ferri nequit: ...αἳ δὲ (γυναῖκες) πολλάκις ὑπὲρ εὐχερείας ὀμνύουσιν, ἃ μὴ τοῖς ἀνδράσι συνοίσει. Legendum: ὑπ' εὐχερείας. (In antecc. verba τῆς μὲν πατρὸς, τῆς δὲ ἀνδρὸς εἶναι corruptissima sunt. Si plane abessent, nemo quisquam ea desideraret.) Eadem, nisi fallor, medicina opus est De Septenario, §. 11. Ibid. p. 33 ...ἔστι δὲ ὅτε καὶ πολυπλασίους ὑπὲρ εὐφορίας (imo ὑπ' εὐφορίας) ἤνεγκε καρπούς. De caritate §. 21. Ibid. p. 208 Εἰ μέντοι καὶ μηδὲν ὑπὲρ ἔχθρου πρακτέον δι' ἐλπίδα καταλλαγῶν, οὐδὲν ἐχθρὸν φυτὸν ἀλλὰ πάντα ἔνσπονδα καὶ ὠφέλιμα. Corrigendum arbitror: Εἰ μέντοι καὶ μηδὲν ὑ π ε ρ έ χ θ ρ ο υ πρακτέον δι' ἐλπίδα καταλλαγῶν. De sententia cf. Sophocl. Aj. vs. 663 seqq. — Sed redeat, unde digressa est oratio. Haud rectius viri docti, εὐεργείας sive εὐεργίας vocabulum εὐπιστίαν significare, crediderunt Hesychio. Scilicet conjecturae probabilitatem, non linguae rationem secutus est glossator; vide quae mox infra disputabimus. Accedit, quod εὐεργία ne graecum quidem videtur esse. Certe nusquam, opinor, occurrit, quin merito suspectum sit. Apud Josephum Antt. VI. 11. 2. p. 213. l. 26 pro εὐεργίαν e codd. εὐεργεσίαν recte correxit Dindorfius. — Codices nihil quod operae pretium sit afferunt. Vat. et Lugd. habent: ὑπ' ἐνεργίας· in quo non dubito, quin ὑπ' ἐναργείας lateat: quam tamen non esse nisi conjecturam nescio cujus, neque eam satis probabilem, quivis mihi facile concedet. (Apud Philonem De migr. Abr. §. 7 fin. T. II.

p. 300 Σχεδὸν γὰρ ἑρμηνεύει εὕρεσιν, Φωτὸς ἀπόλαυσιν, ὀξυδερκεστάτην ὄψιν, ἐνέργ ειαν τῶν πραγμάτων ἀριδηλοτάτην, οἷα (imo οἵα) γένοιτ᾽ ἂν δὶ ὀφθαλμῶν ἐκ σαφεστάτης δείξεως., pro ἐνέργειαν omnino reponendum est ἐνάργειαν; sed quae praecedunt multo gravius corrupta sunt. Marklandus conjecit: Ἔσχον (nempe τὰ γραφόμενα?) γὰρ ἑρμηνείας ῥεῦσιν. Satis infeliciter. Malim: Σχεδὸν γὰρ ἑρμηνεύοι τις ἂν εὕρεσιν Φωτὸς κ. τ. λ. Sententia haec est: *Nam satis recte* εὕρεσιν *interpreteris* Φωτὸς ἀπόλαυσιν caet.: i. e. satis recte dici potest, εὕρεσιν (eo sensu, quo in rhetorum artibus commemoratur) esse Φωτὸς ἀπόλαυσιν caet..) — Sed tempus est breviter absoluteque proponere, quid de loco flaviano faciendum sit. Dudum est, quod conjeci ὑπὲρ εὐοργίας· cujus me nondum conjecturae poenitet. Explicem: *Dicat itaque quispiam, numquid a nobis tale commissum sit, quo vel ea, quae incredibilia sunt, ita fidem acquirere soleant, ut, si quis ob ea irascatur, non temere sed recte se fecisse, defendere possit.* Sententiosa brevitate usus est scriptor, quae perspicuitati non nihil officit. Qualia, ut saepius jam monui, permulta in hoc et tribus subsequentibus Antt. libris reperiuntur. Ad λαμβάνειν πίστιν cf. Antt. III. 2. 1. p. 82. l. 50 ὃν (στρατὸν) οὐ καλῶς ἔχει περιορᾶν, ἀλλὰ πρὶν ἢ λαβεῖν ἰσχὺν καὶ παρελθεῖν εἰς εὐπορίαν κ. τ. λ.. Nec vero haec nostra conjectura plane auctoritate carere existimanda est. Hesychii duae exstant glossae; altera: Εὐεργία. τορύνη. εὐπιστία., ad quam Albertius locum flavianum adscripsit; altera: εὐοργία. ἀπιστία. Utramque sic correxit Hemsterhusius ad vocem εὐηρημένοι, ut illam duabus glossis constare putaret: Εὐέργη. τορύνη., et Εὐεργία. εὐπιστία., hanc interpretatione laborare judicaret, Εὐοργία. εὐπιστία. Quodsi verum vidit vir in paucis magnus, probabile videatur necesse est, duplicem antiquitus in codd. flavianis lectionem exstitisse; glossatores autem neutram intellexisse, sed voce εὐπιστία loci sententiam, utcunque potuerint, expedire conatos esse.

Cap. VI. §. 5.. P. 671. l. 52 Ὁ δὲ — ἐν ἐλπίδι τοῦ ἀνασφῆλαι ἦν] E cod. Vat. laudatur: ἐν ἐλπίδι τοῦ ἀνασφαλοῦντος· quod omnino recipiendum erat. — Hoc loco facere non possum, quin quod supra p. 101 dixi, libros Antt. XV extr., XVI, XVII, XVIII en XIX diversissimo a reliquis orationis genere conscriptos esse, uno saltem exemplo confirmem. Nam iste participii usus ἐν ἐλπίδι τοῦ ἀνασφαλοῦντος in hac parte scriptorum flavianorum singulis fere paginis invenitur, quum alibi aut omnino non, aut certe rarissime occurrat. Ordiamur ab iis, quae facillima sunt, quaeque ad judicium, quod modo de lectione Vat. tulimus, defendendum pertinent. Supra c. 5. §. 5. p. 665. l. 34 καὶ οὐ τοῦ ἐπ' ἐκείνοις ἐγκαλοῦμεν (sc. σοὶ) θυμῷ χρῆσθαι μὴ ἐλλείποντος, ἀλλὰ τοῦ μιμεῖσθαι τὴν ἀσέλγειαν αὐτῶν σπουδάσαντος ἐκπεπλήγμεθα (sc. σέ). Cap. 6. §. 5. p. 672. l. 7 ... περιενεγκὼν, καὶ μηδ' ἥντινα ἀμφὶ τοῦ σωθησομένου ἐλπίδα ἔχων. Cap. 9. §. 2. p. 676. l. 19 Οἱ δὲ βοῶντες λέγειν τε οὐκ εἴων καὶ εἰς κίνδυνον τοῦ ἀπολουμένου ἐκεῖνόν τε καθίστασαν κ. τ. λ.. (In proxime seqq. l. 22 verbum τολμήσειν expelli jussit Ernestius, uncisque vocem inclusit Dindorfius. Vide ne locus sic potius corrigendus sit: καὶ ἀποτροπῇ τ ο ῦ τοιῶνδε ὀριγνᾶσθαι τ ο λ μ ή σ ω ν φθέγξασθαι φανερὸς ἦν. Ordo verborum hic est: καὶ τῶν ἄλλων ὅστις γε φανερὸς ἦν τολμήσων φθέγξασθαι ἐπὶ σωφρονισμῷ καὶ ἀποτροπῇ τοῦ ὀριγνᾶσθαι τοιῶνδε. De ὀριγνᾶσθαι cf. supra c. 1. §. 1. p. 654. l. 26: c. 6. § 2. p. 670. l. 14: c. 11. §. 3. p. 687. l. 29. Saepius, quod sciam, non legitur apud Josephum.) Lib. XVIII. 6. 3. p. 708. l. 54 ἀνάγκας τε ἐπετίθεσαν τοῦ μενοῦντος. Ibid. c. 6. §. 4. p. 709. l. 28 ἄκυρον αὐτὸν καθιστὰς τῆς ἐπὶ τῶν εἰσπραξομένων ἐξουσίας. Lugd. habet εἰσπραξαμένων, quod recepit Dindorfius. Equidem corrigam: ... τῆς ἐπὶ τῷ εἰσπραξαμένῳ ἐξουσίας. Ibid. c. 8. §. 8. p. 724. l. 12 ... καὶ τοῦ πρὸς αὐτὸν περὶ αὐτῶν ἀπεσταλκότος. Locus

ibid. c. 9. §. 3. p. 727. l. 19 corruptissimus est: Ἔπρασσε δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς χρήζων ἐνστόμισμα τῇ ἀρετῇ τῶν Ἰουδαίων ἀδελφῶν εἰς φιλίαν κτήσασθαι τῶν ἐκείνου σατραπειῶν, ἐν ἀποστάσει τε οὐσῶν καὶ διανοίᾳ τοῦ ἀποστησομένου μέλλων ἐλάσειν ἐπ' αὐτούς. Mihi dubium non est, quin in posterum sic edendus sit: Ἔπρασσε δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς χρήζων ἐνστόμισμα τῶν * τὴν ἀρετὴν τῶν Ἰουδαίων ἀδελφῶν εἰς φιλίαν ** κτήσασθαι, τῶν ἐκείνου σατραπειῶν ἐν ἀποστάσει τε οὐσῶν καὶ διανοίᾳ τοῦ ἀποστησομένου, μέλλων ἐλάσειν ἐπ' αὐτούς. In ἐνστόμισμα τῶν et τὴν ἀρετὴν codd. vestigia secutus sum. Nam Lugd. habet ἐνστόμισμα τῶν τῇ ἀρετῇ, Busb. ἐνστομισμάτων τὴν ἀρετήν. Post τῶν autem putem deesse Βαβυλωνίων· cf. p. 728. l. 1. 2. Item post εἰς φιλίαν aliquid excidisse nemo non videt, v. c. εἰς φιλίαν αὐτῷ (sc. τῷ βασιλεῖ) καθεστηκότων, vel simile. Ἐκείνου corruptum est, nec satis certa correctio succurit. Tamen si τῶν ἄνω σατραπειῶν legeris, loci ratio omnis patebit. (Antt. XII. 7. 2. p. 462. l. 47 ἀνέβαινε πρὸς τοὺς ἄνω σατράπας, Vet. int. vertit: *ad superiores provincias;* unde recte Hudsonus πρὸς τὰς ἄνω σατραπείας legendum esse conjecit. Cod. Leid habet: πρὸς τὰς ἄνω σατράπας.) Fortasse haud inepte pro ἐκείνου conjicias ἐπέκεινα. Potuit sane sic loqui scriptor ratione habita loci, ubi ipse habitaret. Post κτήσασθαι et ἀποστησομένου distinguendum esse, solis luce clarius arbritror. Ultima μέλλων ἐλάσειν ἐπ' αὐτοὺς (sc. τοὺς ἀφεστηκότας καὶ ἀποστήσεσθαι διανοουμένους) ad ὁ βασιλεὺς pertinent. Lib. XIX. 1. 17. p. 746. l. 2. Hic l. 4 καὶ ante τῆς χαρᾶς, deleto in antecc. τότε, Hudsonus invexit. Legam: Ὥστε κἂν εἴ τινες (ἦσαν) τῶν προθύμως μισούντων καὶ μετὰ δίκης τὸν Γάϊον ἀφαιρεῖσθαι τότε τῶν ἐπ' αὐτῷ εὐφροσυνῶν τῆς χαρᾶς, διὰ τὸ ἐν ῥοπῇ μὲν τοῦ συναπολουμένου γεγονέναι, τὸ δὲ κ. τ. λ.. Dictio ἡ χαρὰ τῶν ἐπ' αὐτῷ εὐφροσυνῶν et ipsa genus dicendi, quod in his libris veluti regnat, conspicuum facit. Similia adscribere brevitatis causa supersedebo.

Ab iis, quae hucusque collegimus, differunt loci, qualis est Lib. XVII. 1. 1. p. 654. l. 20 Ἀπαλλαγεὶς γὰρ Φόβου τοῦ ἐπὶ τῇ ἀρχῇ διὰ τὸ τῶν ἀδελφῶν μὴ ἐπικοινωνῆσον. — Ibid. c. 3. 1. p. 659. l. 21 Ἡρώδης δὲ Φερώρᾳ μὲν ὑπερεβάλλετο τὴν ἐπὶ τούτοις ὀργὴν, καίπερ ἀνήδονον τιμωρίαν εἰσπεπραγμένος, Ἀντιπάτρῳ τε (leg. δὲ) ἀπεῖπε καὶ μητρὶ τῇ ἐκείνου Φερώρᾳ τε μὴ ὁμιλεῖν καὶ τῶν γυναικῶν Φυλάσσεσθαι, τὸ εἰς ταὐτὸν συνεσόμενον. Post Φυλάσσεσθαι distinctio omnino tollenda est. Nam verba sic cohaerent: Ἀντιπάτρῳ δὲ καὶ μητρὶ τῇ ἐκείνου (Antip.) ἀπεῖπε τε μὴ ὁμιλεῖν Φερώρᾳ, καὶ (ἐκέλευσε) Φυλάσσεσθαι τὸ εἰς ταὐτὸ συνεσόμενον τῶν γυναικῶν. Lin. 18 καίπερ ἀνήδονον τιμωρίαν εἰσπεπραγμένος non significant: *gravi licet contumelia affectus*, ut in versione legitur, sed *licet injucundam poenam* (a Pherorae uxore) *sumpsisset;* i. e. licet non quemadmodum volupe esset (Pherorae uxorem) ultus esset. Ibid. c. 5. §. 4. p. 664. l. 40 Καίτοι γε τοῦ μέλλοντος διάδοχον προαποδεδεῖχθαι καὶ τοῦ συναπολαυσομένου τιμῶν, αἳ εἰς τὸ παρὸν περιῆσαν, οὐκ ἐπικεκωλῦσθαι. Vulgo pro τοῦ μέλλοντος de conjectura Hudsoni τοῦ βασιλεύοντος. Dubito numne recte. Exspectes: καίτοι γε εἰς τὸ μέλλον διάδοχον (sc. τοῦ πατρὸς) ἀποδεδεῖχθαι· pro quo scriptori insolita consectanti τοῦ μέλλοντος — προαποδεδεῖχθαι dicere placuit. — Ibid. c. 6. §. 3. p. 670. l. 50. — Ibid. c. 10. §. 1. p. 680. l. 49 Οὐ μὴν ἐπεραίνετό γε οὐδὲν ἐπὶ παύλῃ τοῦ μὴ οὐ στασιάσοντος αὐτῶν· ubi pessime Busb. praebet στασιάσαι. Solet omnino cod. ille hanc loquendi rationem obliterare; quae res vel sola ostendit, quam verum sit, quod in superioribus jam aliquoties monui, huic libro nimium editores tribuisse. — Lib. XVIII. 7. 2. p. 719. l. 11 οὗ κοινωνόν με τῆς εὐδαιμονίας γενομένην οὐ δίκαιον ἐγκαταλιπεῖν ἐπὶ ταῖς τύχαις καθιστάμενον. Sic vulgo secundum Busb.. Melior videtur lectio edd. reliquorumque codd. ... ἐγκαταλιπεῖν τὸ ἐπὶ τ. τ. καθιστάμενον. Οὗ pendet a τὸ καθιστάμενον. — Ibid. c. 8. §. 2. p. 720. l. 36 — 38, ubi pro ἐπὶ τιμῇ τε libenter legam: ἐπὶ τιμῇ γε.

Haud raro fit, ut participia, eodem modo posita, tamen casum verbi post se habeant. Antt. XVII. 8. 4. p. 675. l. 26 Περιιόντων (sic Ernestius vulgatum περιόντων correxit) μέν γε εἰς αὐτὸν τῶν πραγμάτων οὐ λείψειν ἀρετῆς τοῦ ἀμειψομένου τὴν εὔνοιαν αὐτῶν. De λείψειν vide supra p. 124. Neque non vox ἀρετὴ animadvertenda est. Scilicet in hac librorum flavianorum parte saepissime sic legitur: v. c. p. 658. l. 42. p. 711. l. 21. p. 722. l. 6 caet.. — Antt. XVII. 9. 5. p. 678. l. 36 ἀδικοῦντος τὸ Καίσαρος διαγνοίᾳ περὶ αὐτοῦ ἔτι χρωμένου. In antecc. l. 34 notandus est usus verbi ἀνακεῖσθαι, qui rursus horum librorum proprius est. Reliqua, quibus h. l. aut explicatione, aut correctione opus est, nunc quidem praetermittimus. In edd. erat: ἀδικοῦντος τὸ Κ. δι' ἀγνοίαν περὶ αὐτοῦ ἐπερχόμενον. Cod. Vat. habet: ἀδικοῦντος τὸ Κ. δι' ἀγνοίᾳ περὶ αὐτοῦ ἔτι χρώμενον· unde vulgatam effinxit Hudsonus. Dindorfius edidit: ἀδικοῦντος τὸ Κ. ἀγνοίᾳ περὶ αὐτοῦ ἔτι χρωμένου. Scribendum: ἀδικοῦντος τὸ Καίσαρος διαγνοίᾳ περὶ αὐτοῦ ἔτι χρώμενον. Διάγνοια nove dictum est pro διάγνωσις vel διαγνώμη· id quod sensit jam Ibbetsonus. Scriptor, qui paulo ante l. 23 συνῆγεν ἐπὶ παροκωχῇ γνωμῶν τοὺς Φίλους dicere non est veritus, idem quidni διάγνοια potuit usurpare? Τὸ Καίσαρος διαγνοίᾳ περὶ αὐτοῦ ἔτι χρώμενον maxime tuetur locus ejusdem libri c. 12. §. 2. p. 689. l. 37 »ἀλλά σοι μισθὸς, εἶπε, προκείσεται τοῦ μὴ καὶ πρὸς ἐμὲ ἀπάτῃ χρησαμένου τὸ μὴ ἀπολούμενον τῆς σωτηρίας. Lib. XVIII. 6. 11. p. 717. l. 28 Καὶ οἱ μὲν ἐμακάριζον τοῦ μὴ διαμαρτίᾳ χρησαμένου τῶν ἐλπίδων· ubi pessime Busb. χρήσασθαι praebet. Lib. XIX. 1. 16. p. 745. l. 12. Ἦν τε πιστὸς αὖθις οὐδεὶς, ᾧ καὶ θαρσήσας τις γνώμην ἀποφαίνοιτο τὴν αὐτοῦ· ἢ γὰρ Φίλος ὢν ὕποπτος ἐγίνετο εὐνοίᾳ τῆς τυραννίδος, ἢ καὶ μίσει πρὸς ἐκεῖνον χρώμενος τῷ πρὸς αὐτὸν οὐδαμόθεν εὐνοίᾳ χρωμένῳ διαφθείρειν τὴν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις πίστιν. L. 13. τις Hudsonus inseruit, secundum Vet. int. scilicet. Mihi αὖθις vehementer displicet. Legam: Ἦν τε πιστὸς αὐτοῖς οὐδεὶς, ᾧ καὶ θαρσήσας γνώ-

μην ἀποφαίνοιτο τὴν αὑτοῦ. Voces αὐτοῖς et αὖθις frequentissime permutari in codd. pervagatum est. (Supra §. 11. p. 739. l. 45 pro καὶ τοῖς αὐτοῖς μελλήσουσιν ἐπιχειρεῖν omnino legendum: καὶ τοῖς αὖθις μελλήσουσιν ἐπιχειρεῖν, nempe αὐτῇ, τῇ πράξει.) Qua ratione sing. θαρσήσας — ἀποφαίνοιτο post plur. αὐτοῖς sequatur, optime docebunt, quae jam pridem Heindorfius ad Platon. Protag. p. 319. D. collegit. L. 17 pro διαφθείρειν Dindorfius e Voss. recepit διαφθείρει. Non assentior. Primum sic διέφθειρε, ut l. 15 ἐγίνετο, jure requiras. Deinde sententia pervertitur. Pendet inf. διαφθείρειν ab ὕποπτος ἐγίνετο. Loci ratio haec est: ἢ γὰρ φίλος ὢν ὕποπτος ἐγίνετο εὐνοίᾳ τῆς τυραννίδος (διαφθείρειν τ. ἐ. τ. λ. πίστιν), ἢ καὶ μ. π. ἐ. χρώμενος τῷ π. α. ο. ε. χρωμένῳ (ὕποπτος ἐγίνετο) διαφθείρειν τὴν ἐ. τ. λ. πίστιν. (In seqq. l. 20 lectionem cod. Busb. ἄφροντιν κομιδῆς τῶν τραυμάτων fortasse cupidius receperunt editores. Reliqua subsidia κομιδὴ habent. Unde corrigam: ἄφροντιν κομιδῇ (prorsus) τῶν τραυμάτων.) Lib. XIX. 2. 4. p. 750. l. 28 Ἐνίοις δὲ τῶν συνωμοτῶν καὶ ὠμὸν ἐδόκει τὸ ἐπὶ τῇ γυναικὶ θράσει χρησάμενον. Unde lib. XVIII. 8. 7. p. 723. l. 36 pro μεγάλα δὲ εἶναι τὰ προδεδωρημένα καὶ περαιτέρω τῷ θράσει χρωμένου τῶν ἐλπίδων, libenter corrigam: καὶ περαιτέρω τοῦ θράσει χρωμένου. — Sed redeundum est ad lib. XVII. 10. 3. p. 682. l. 35 καὶ τοῖς μεταβαλλομένοις ἐκέλευον μὴ ἐμποδισταῖς εἶναι τοῦ ἀποληψομένου χρόνου παροῦσαν αὐτοῖς ἐλευθερίαν τὴν πάτριον. Hunc locum non sine causa corruptum esse queritur Ernestius. Pro χρόνου corrigam χρόνῳ. Ordo verborum hic est: μὴ ἐμποδισταῖς εἶναι τοῦ ἀποληψομένου ἐλευθερίαν τὴν πάτριον χρόνῳ παροῦσαν αὐτοῖς. — Lib. XIX. 1. 9. p. 738. l. 7 Ὁ δὲ χάρματι τοῦ λόγου μηδὲν μελλήσας ἠμείβετο τοῦ Μινουκιανοῦ τὸ ἐπὶ τοιοῖσδε πιστεῦσαν (hujus similia mox infra proferam) ὁμιλίᾳ χρήσασθαι πρὸς αὐτόν· »καὶ σύ μοι διδῷς (malim αὐτόν· καὶ »σύ μοι διδῴης vel διδοίης), εἶπε, σημεῖον ἐλευθερίας· χάρις δὲ σοὶ τοῦ ἀνεγείρειν με μειζόνως ἤπερ εἴωθα ἐμαυτὸν ὁρμᾶν.

Hudsonus ἀνεγείρειν ex uno Busb. recepit. Lugd. habet ἀνεγείραντος. Equidem lectionem edd. ἀνεγείροντος verissimam judico. Latina interpretatio h. l. multis nominibus reprehendenda est; qua de re verbo monuisse sufficiat. Caeterum vide lib. XVIII. 3. 4. p. 700. l. 7. Ibid c. 6. §. 2. p. 707. l. 48. Lib. XIX. 1. 18. p. 746. l. 15. Ibid. c. 3. §. 1. p. 752. l. 52.

Porro considerandus est locus Antt. XIX. 1. 18. p. 746. l. 29 ὡς κἂν μετὰ τοῦ καθ' αὑτοὺς ἀπολουμένου τῆς ψυχῆς κτήσασθαι τὸ ἀνεπιβούλευτον αὐτῷ καὶ τοσαύτῃ δυστυχίᾳ μὴ συνεσόμενον. Hic τὸ καθ' αὑτοὺς ἀπολούμενον dicitur ut ὁ τῆς κατ' αὐτὸν ἀρετῆς λόγος, similia. — Corrigendus est Antt. XVIII. 8. 5. p. 722. l. 10 Στέλλω δὲ ὡς Γάϊον γνώμας τε τὰς ὑμετέρας διασαφῶν καί πη καὶ συνηγορίᾳ χρώμενος ὑπὲρ τοῦ μὴ ὑμᾶς παρορᾶν πεισομένους ἐφ' οἷς προὔθεσθε ἀγαθοῖς. Ultima non sunt nisi conjectura Hudsoni. In edd. erat: ὑπὲρ τοῦ καθ' ὑμᾶς παρὰ γνώμην πεισομένην ἐφ' οἷς προὔθεσθε ἀγαθοῖς. Viderat jam Coccejus pro πεισομένην reponendum esse πεισομένου. Legam: ὑπὲρ τοῦ καθ' ὑμᾶς (μὴ) παρὰ γνώμην πεισομένου ἐφ' οἷς προὔθεσθε ἀγαθοῖς. Conf. l. 4. et 20. et de παρὰ γνώμην l. 16. — Simili medicina opus est Antt. XVIII. 9. 3. p. 727. l. 8 ἤρετο τὴν αἰτίαν τοῦ καὶ τὸν Ἀσιναῖον ἐφυστερηκότα. Istud ἐφυστερηκότα e cod. Busb. receperunt editores; quo facto locum leviter tantum affectum plane pessumdederunt. Antea erat: ἐφυστερηκότος. Scribendum: ἤρετο τὴν αἰτίαν τοῦ κατὰ τὸν Ἀσιναῖον ἐφυστερηκότος. — Antt. XIX. 1. 12. p. 740. l. 8 ἰσχυρότερον ἦν τοῦ κατ' ἐκείνους (sc. τοὺς συνωμότας) προβεβουλευκότος τὸ τῆς τύχης συγχωροῦν ὑπερβολάς. Sic edd. antiquae, et plerique codd., ut videtur. Vulgo tamen ex uno libro legitur: τοῦ κατ' ἐκείνου (sc. Γαΐου) προβεβουλευκότος· quod defendi sane potest adhibito loco libri XVIII. 1. 1. p. 693. l. 49 ἄλλως τε ἐπεὶ καὶ τῷ κατ' αὐτῶν (sc. τῶν πατρίων) σπουδασθέντι τοῖς νεωτέροις (i. e. ὑπὸ τῶν νεωτέρων) ὁ Φθόρος τοῖς πράγμασι συνέτυχε.

Vide etiam quae supra p. 17 disputavimus. Sed causa non erat, cur plurimorum codicum scriptura relinqueretur. — Denique adscribam verba lib. XVIII. 6. 7. p. 713. l. 38 Μήμην δὲ ποιεῖσθαι, εἰς χεῖράς σου παραγενομένου τοῦ εὐδαίμονος, καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς διαφευξομένου δυστυχίαν, ᾗ τανῦν σύνεσμεν· sunt enim inprimis apposita ad locum lib. XVIII. 3. 4. p. 699. l. 26 expediendum: Παυλῖνα ἦν τῶν ἐπὶ Ῥώμης προγόνων τε ἀξιώματι τῷ τε καθ' ἑαυτὴν ἐπιτηδεύματι κόσμου ἀρετῆς ἐπὶ μέγα προϊοῦσα τῷ ὀνόματι κ. τ. λ.. Sic vulgo de Hudsoni sententia, qui ἐπιτηδεύματι rursus ex isto Busb. arripuit. Quod vitiosum esse, sic facillime perspicietur, si codicis illius lectionem integram adscripsero: τῷ τε καθ' ἑαυτὴν ἐπιτηδεύματι ἀρετῆς εἰς μέγα προϊοῦσα δύναμίς τε, et simul eam, quae in edd. ferebatur, exhibuero: τὸν καθ' ἑαυτὴν ἐπιτηδεύοντι κόσμον ἀρετῆς ἐπὶ μέγα προϊοῦσα τῷ ὀνόματι. Legendum: Παυλῖνα ἦν τῶν ἐπὶ Ῥώμης προγόνων τε ἀξιώματι καὶ τῷ καθ' ἑαυτὴν ἐπιτηδεύοντι κόσμον ἀρετῆς ἐπὶ μέγα προϊοῦσα τῷ ὀνόματι κ. τ. λ..

Aliam ejusdem generis formam reperies Antt. XVIII. 3. 2. p. 698. l. 46 ...παύσασθαι τοῦ ἐπὶ τοιούτοις προθυμουμένου. Ibid. c. 6. §. 2. p. 708. l. 1. δηλοῦσα τό τε ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τοῦ Ἀγρίππα προβουλεῦσαν. Ibid. §. 5. p. 710. l. 17 et c. 8. §. 2. p. 718. l. 18.

Restant et alia, quae aut emendanda sunt, aut explicanda, sed ea in aliud tempus reservare malui.

Cap. X. §. 2.. P. 681. l. 23 Καὶ Σαβῖνος (ἔδεισε γὰρ τό τε πλῆθος αὐτῶν καὶ τὰ φρονήματα, ἀνδρῶν ἐν ὀλίγῳ τὸ θανεῖν ποιουμένων ὑπὸ τοῦ ἡττᾶσθαι μὴ ἐθέλειν ἐφ' οἷς ἀρετὴν κρίνειν αὐτὸ νικᾶν) παραχρῆμά τε κ. τ. λ..] Sic vulgo de Hudsoni sententia. In plerisque Mss. et edd. legitur: ἐφ' οἷς ἀρετὴν κρίνειν αὐτὸν νικᾶν. Lugd. habet: ἐφ' οἷς ἀρετὴ κρίναιτο ἂν τὸ νικᾶν· unde Dindorfius edidit: ἐφ' οἷς ἀρετὴ κρίνοιτο ἂν τὸ νικᾶν. Verum ne haec quidem satis plana sunt. Vat. praebet: ἐφ' οἷς ἀρε-

τὴν κρίνει αὐτὸ νικᾷν (vide not. *c* in ed. Haverc.). Legendum: ἐφ' οἷς ἀρετὴν κρίνειαν τὸ νικᾷν. Sententia haec est: *eo quod ipsorum* (Judaeorum) *judicio nemo fortis esset, nisi qui victoriam reportaret.* — De κρίνειν cf. Antt. I. 20. 1. p. 37. l. 35 ...ὅτι κρίνει μέγιστον ἀγαθὸν τὸ τῷ ἀδελφῷ συμμεταλαμβάνειν τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδομένων. Ibid. XIX. 6. 3. p. 760. l. 46 Ὁ δὲ οὐχ ἧττον ἐπὶ τῷ πραχθέντι χαλεπήνας, (καὶ γὰρ αὐτὸς ἔκρινεν ἀσέβειαν τὴν τῶν ἐννόμων παράβασιν,) τοῖς ἀποστᾶσι τῶν Δωριτῶν σὺν ὀργῇ τοῦτο ἔγραψε· quo loco τοῖς ἀποστᾶσι haud caret offensione. Etenim de defectione ne cogitaverant quidem Doritae. Forte leg.: τοῖς προστᾶσι. (Hac eadem §. alia quoque suspecta sunt. Duobus exemplis defungar: p. 761. l. 7 ...τόπῳ, τῇ φύσει δικαίου ὄντος. Sic Hudsonus de conjectura. Libri Mss. et edd. τόπῳ, τοῦ φύσει δικαιοῦντος. Itaque altera Hudsoni conjectura: τόπῳ, τοῦ φύσει δικαίου ὄντος longe praeferenda est. — Lin. 19 τοῖς δὲ πρώτοις ἄρχουσι παραινῶ. Noli dubitare, quin ἄρχουσι deleri debeat. Conf. pag. praec. l. 51. Tum lib. XX. 1. 1. p. 768. l. 11. Ibid. c. 6. §. 1. p. 778. l. 51 et §. 2. p. 779. l. 31. De vit. §. 7. p. 795. l. 40.) Apud Philonem, De fortitud. §. 1. T. V, p. 173 ...εὔφημον δ' ἀριστείας ὄνομα καρπωσάμενοι· διαφερόντως ὑπὸ τῶν τὰ τοιαῦτα κρινόντων, εὐκλεεῖς νίκην νομισθέντες, κ. τ. λ., haud scio an corrigendum sit: ...διαφερόντως ὑπὸ τῶν τὰ τοιαῦτα κρινόντων νίκην εὐκλεεῖς νομισθέντες. Conf. ejusdem Quod omn. prob. lib. §. 12. p. 285 ...τὴν ὀλιγόδειαν καὶ εὐκολίαν ὅπερ ἐστὶ κρίνοντες περιουσίαν.

ANTT. JUD. LIB. XVIII.

Cap. I. §. 1.. P. 692. l. 1 Κυρήνιος δὲ κ. τ. λ..] Pro ὁδεύσας ὕπατος γενέσθαι Eusebius ὁδεύσας ὡς καὶ ὕπατος γενέσθαι· quam lectionem merito probavit Ernestius, recepitque

Richterus. — P. 693. l. 1 σὺν ὀλίγοις ἐπὶ Συρίας παρῆν. Vertunt: *cum paucis comitibus in Syriam pervenit.* Atqui primum non intelligo, cur Quirinius cum paucis tantum comitibus in Syriam profectus esset; deinde, si vel maxime res ita sese habuerit, non video, quid ejus mentionem fieri attineret. Nimirum male distinguendo locum corrupit Hudsonus. Edd. Bas. et Gen. rectissime dederant: τά τε ἄλλα ἀξιώματι μέγας σὺν ὀλίγοις, ἐπὶ Σ. παρῆν. I. e.: *et praeterea cum paucis dignitate excellens.* Istud σὺν ὀλίγοις et ipsum postremae partis Archaeologiae proprium est. Antt. XVII. 11. 2. p. 686. l. 32 (dicebant Judaeorum legati, Herodem) πενίας ἀπόρου τὸ ἔθνος ἀναπεπλῆκέναι, σὺν ὀλίγοις εὔδαιμον παρειληφότα. Antt. XIX. 1. 3. p. 734. l. 41 Μινουκιανὸς δὲ τὰ μὲν Λεπίδου τε ἐκδικίᾳ (φίλον γὰρ αὐτῷ τὰ μάλιστα ὄντα τοῦτον καὶ τῶν πολιτῶν σὺν ὀλίγοις ἀναιρεῖ Γάϊος) καὶ ἄλλως φοβηθεὶς τὰ περὶ αὐτὸν διὰ τὸ πᾶσιν ὁμοίως τὸν Γάϊον ἐπὶ θάνατον ἀνακειμένην ἐπαφιέναι τὴν ὀργὴν, ἐπὶ τὴν ἐγχείρησιν ἐλθεῖν. (Lectionem edd. Μινουκιανὸς — φοβηθεὶς τὰ περὶ αὐτὸν recte revocavit Dindorfius. Hudsonus de conjectura Μινουκιανὸν — φοβηθέντα περὶ αὐτοῦ ediderat. Quod autem Dindorfius l. 44 pro ἐλθεῖν recepit conjecturam Cocceji ἦλθεν, non possum assentiri. Ad ἐλθεῖν mente intelligendum λέγεται· quod verbum supra l. 34 post συνελθεῖν videtur excidisse. Nam ista: Αἰτία δὲ αὐτοῖς μίσους τοῦ πρὸς Γάϊον συνελθεῖν perperam vertuntur: *Causa autem illis erat odii, quo impulsi in Cajum conspirarunt.* Inserto λέγεται sic ordinanda sunt: Αἰτία δὲ μίσους τοῦ πρὸς Γάϊον (λέγεται) συνελθεῖν αὐτοῖς. Scilicet συνέρχεσθαι nonnunquam in his libris *accidere*, *contingere* denotat: v. c. Antt. XVII. 1. 2. p. 655. l. 34 ηὔχετο μηδὲν τοιόνδε παισὶ τοῖς ἐκείνων συνελθεῖν. Ibid c. 10. §. 9. p. 685. l. 17 Οἱ δ' ἐ. τ. Ἰ. Ἰουδαῖοι, —, ἀπελύοντο τὰς αἰτίας, ὡς τῆς μὲν συνόδου τῆς πληθύος διὰ τὴν ἑορτὴν γενομένης, τοῦ δὲ πολέμου μηδαμῇ γνώμῃ τῇ αὐτῶν, τόλμῃ δὲ τῶν ἐπηλύδων συνελθόντες (omnino leg. συνελθόντος. Pertinet ad πολέμου)

αὐτοῖς, καὶ (sc. ὡς) συμπολιορκηθέντες κ. τ. λ.. Antt. XVIII. 6. 10. p. 716. l. 29 θεώμενος — τὸ ἐκ τῶν λόγων χάρμα Ἀγρίππα συνελθόν. Antt. XIX. 1. 16. p. 744. l. 33 κἂν πρὸ πολλοῦ ἡγησάμενοι σφίσιν ἀγαθὸν συνελθεῖν, sc. τὸν Γαΐου ὄλεθρον· quo loco πρὸ πολλοῦ est *dudum ante*, quod interpretem videtur fugisse. Ibid. p. 745. l. 5 Οἱ μὲν δεδιότες μὴ καὶ ψευσθεῖσιν ἐλπίδος τιμωρίαι συνέλθοιεν. — Quid autem p. 734. l. 40 vocula τε post Λεπίδου faciendum sit, nescio. Vide ne delenda sit. Ita post τὰ μὲν l. 39 negligentius infertur l. 41 καὶ ἄλλως. Denique monendum restat, quo facilius nostra de h. l. sententia dijudicetur, l. 37, 38 post βουλευμάτων desiderari ἠδύνατο, vel οἷός τε ἦν. De στέγην προστίθεσθαι cf. infra §. 8. p. 737. l. 38. Comparari potest Herod. III. 78 θέλων αὐτοῦ (sc. τοῦ ἀνδρεῶνος) προσθεῖναι τὰς θύρας. Plutarch. Vit. Marii c. 38 fin. τὴν θύραν τοῦ δωματίου προσθεῖναι κελεύσας. Reliqua, quae hac §. corrupta sunt, satius erit praetermittere.) Redeamus ad σὺν ὀλίγοις. Antt. XIX. 1. 15. p. 744. l. 19 Τρίτος δὲ Ἀντήϊος, τῶν ἐκ τῆς βουλῆς, σὺν ὀλίγοις οὐ τυχαίως τοῖς Γερμανοῖς καθάπερ οἱ πρότερον περιπεσὼν, κ. τ. λ.. Distingue: ... Ἀντήϊος, τῶν ἐκ τῆς βουλῆς σὺν ὀλίγοις, οὐ τυχαίως κ. τ. λ..

Cap. II. §. 4.. P. 697. l. 13 Συμφρονήσαντες κ. τ. λ..] Ernestius ad l. 14: »Intellige: *esse debent*; quod est durum. Vereor, ne exciderit verbum, ut ληπτέοι, λεκτέοι, aut simile.'' — Dindorfius post Ἀρσακιδῶν lacunae signa posuit, et versionem sic refingendam curavit: *et ex Arsacidarum sanguine qui regnarent* esse deberent (*alios enim* caet.. Itaque δὲ in οἱ δὲ βασ. respondere arbitratus est voculae μὲν in ὡς ἀβασιλεύτοις μέν. Equidem sic malim distinguere: Συμφρονήσαντες δὲ οἱ γενναιότατοι Πάρθων ὡς ἀβασιλεύτοις μὲν ἀμήχανον (sc. ἦν) πολιτεύεσθαι (οἱ δὲ βασιλεύοντες ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἀρσακιδῶν· οὐ γὰρ ἑτέροις ἄρχειν νόμιμον), ἀπέχρη δὲ πολλάκις καὶ μέχρι νῦν περιυβρίσθαι τὴν βασιλείαν ἔκ τε γάμων τῆς Ἰταλικῆς

παλλακίδος καὶ γενέσεων, Ὀρώδην ἐκάλουν κ. τ. λ.. Ita post Ἀρσακιδῶν facillime intelligitur εἰσίν· i. e. *esse consueverunt*. Parenthesis est scriptoris lectorem admonentis. Deinde ἀπέχρη δε pendet ab ὡς· quam rationem pluribus commendare ac defendere nihil attinet. Quae paulo infra hac ipsa pagina l. 49 leguntur eodem fere modo expedienda sunt. Scilicet l. 53 verba μηχανὴ δὲ ἦν pendent ab ὡς l. 50. Quocirca distinguendum: ἐπρέσβευεν· ὡς δὲ αὐτῷ Τιβέριος μὲν ἀπεῖπε πρός τε τὴν ἀνανδρίαν καὶ τοῦ Πάρθου τὰς ἀπειλὰς (ἀναπρεσβεύει γὰρ δὴ πόλεμον ἀνατεινόμενος nempe ὁ Πάρθος), μηχανὴ δὲ ἦν ἑτέρα βασιλείας οὐδεμία (καὶ γὰρ οἱ περὶ Νιφάτην δυνατοὶ τῶν Ἀρμενίων Ἀρταβάνῳ προστίθενται), παραδίδωσιν αὐτὸν Σιλανῷ τῷ τῆς Συρίας στρατηγῷ. — L. 19 pro ἦν δ' ἂν ἄλλως μὲν ἐπίφθονον κ. τ. λ. Dindorfius edidit: ὄντα ἄλλως μέν. Mihi in mentem venit: τηνάλλως μὲν ἐπίφθονον κ. τ. λ.. Vide var. lectt.. — L. 21 δυσδιάθετος e Lugd. pro συνδιάθετος recepit Dindorfius, et l. 22 vocem Ἀρσακιδῶν, quam ex Busb. inseruerat Hudsonus, abire jussit. Utrumque nemini non probabitur.

Cap. V. §. 2.. P. 704. l. 44 Τισὶ δὲ τῶν Ἰουδαίων κ. τ. λ..] L. 45 τινυυμένου. Vide ne hoc verbum rectius abesset.

L. 49 καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους δικαιοσύνῃ. Omnino recipiendum quod e Patribus laudatur: καὶ τὰ πρὸς ἀ. δ..

L. 50 βαπτισμῷ συνιέναι. Fieri potest, ut mea sit culpa, sed haec ego verba prorsus non intelligo. Hudsonus vertit: *ut ad lavacrum accederent*. Alii videntur accipere: *ut baptizarentur*. Neutrum Graecis inest. Multo melius Vet. int.: *et per baptismum in unum coire*. Ita hoc diceret Josephus: *ut per baptismum societatem quandam facerent*. Verum ne hoc quidem satis planum est. Rem aliorum acumini commendo.

P. 705. l. 1 pro ἅτε δὴ καὶ alia subsidia praebent: οὕτω γὰρ καὶ vel οὕτω γὰρ δὴ καί. Si scriptum exstaret: ... σώματος, τῆς ψυχῆς δ. π., nemo quisquam ista desideraret.

L. 5 μὴ ἐπὶ ἀποστάσει τινὶ φέροι. Conf. infra c. 6. §. 5. p. 710. l. 9 Καίσαρί φησιν ἀπορρήτους ἔχειν λόγους εἰπεῖν ἐπ' ἀσφαλείᾳ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ φέροντας. Antt. XIX. 4. 2. p. 755. l. 23 λεκτέον δὲ οὐδὲν ἐνδοιάσαντί μοι, διὰ τὸ ἐπὶ σωτηρίᾳ φέρειν τὸν λόγον. Itaque Antt. XVII. 13. 5. p. 691. l. 32 ... καὶ ἄλλως ἐπὶ παράδειγμά τι φέρειν τοῦ τε ἀμφὶ τὰς ψυχὰς ἀθανασίας ἐμφεροῦς, καὶ τοῦ κ. τ. λ.. e Busb. corrigam: ἐπὶ παραδείγματι φέρειν. De reliquis ita Ernestius: »Ordo: τοῦ ἐμφεροῦς ἀμφὶ τὰς ἀθανασίας τῶν ψυχῶν. Et sic legendum: τὰς τῶν ψυχῶν ἀθανασίας." Richterus edidit: ἀμφὶ τὰς ψυχῶν ἀθανασίας. Quid si legatur: ἀθανασίᾳ? ut hic sit ordo: τοῦ ἀμφὶ τὰς ψυχὰς ἐμφεροῦς ἀθανασίᾳ. Contorta ista dictione: *habere aliquid animos, quod immortalitati simile sit*, hoc tantum videtur scriptor voluisse: *vim quandam esse animorum, quae verosimiliter eos immortales esse doceret.*

L. 6 πολὺ κρεῖττον — μετανοεῖν. Sic vulgo legitur ex Eusebio et Nicephoro. Josephi codd. praebent: προλαβὼν ἀνελεῖν, τοῦ μεταβολῆς γενομένης, μὴ εἰς τὰ πράγματα ἐμπεσὼν μετανοεῖν. Nonnunquam in Patrum scriptis veriores lectiones servatas esse, minime equidem negaverim. Quin paene succenseam editoribus, quod 1 Contra Apion. §. 22. p. 457 ed. Haverc., ubi vulgo legitur: ... τί μαίνεσθε, ἔφη, κακοδαιμονέστατον ὄρνιθα λαβόντες εἰς τὰς χεῖρας; Πῶς γὰρ οὗτος τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν οὐ προϊδὼν κ. τ. λ.. non receperunt ex Eusebio lectionem hanc: ... τί μαίνεσθε, ἔφη, κακοδαίμονες; Εἶτα τὸν ὄρνιθα λαβὼν εἰς τὰς χεῖρας, πῶς γὰρ οὗτος, ἔφη, τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν οὐ προϊδὼν κ. τ. λ. Sed hoc loco flavianorum codicum scriptura non rejicienda, sed emendanda erat. Quod judicium pluribus confirmare nolo. Praestat conjecturam periclitari. Fortasse non nisi μετανοεῖν in μετανοοίη mutari opus est. Ita priora h. m. erunt accipienda πολὺ κρεῖττον ἡγεῖται — προλαβὼν ἀνελεῖν (αὐτὸν) τοῦ (ἀνελεῖν αὐτὸν) μεταβολῆς γενομένης. Opponuntur προλαβὼν et μεταβολῆς γενομένης. Genit. τοῦ (ἀνελεῖν) pendet a compara-

tivo κρεῖττον. — Multum autem abest, ut hanc conjecturam pertinaciter defendere velim. Certiora arbitror quae de L. 11 κτίννυται· τοῖς δὲ Ἰουδαίοις δόξαν ἐπὶ τιμωρίᾳ κ. τ. λ. dicturus sum. Quid est δόξαν? Participium Aoristi impersonaliter positum? Videamus: *Judaeis autem quum ita visum esset*... Cedo verbum, quo quid tum fecerint Judaei indicetur. Accusativus nominis δόξα? Iterum cedo verbum, quod illum accusativum regat. Legendum arbitror: κτίννυται· τοῖς δὲ Ἰουδαίοις δόξαν παρέσχεν ἐπὶ κ. τ. λ. Subjectum verbi παρέσχεν est ὁ Ἰωάννης κτιννύμενος. Conf. De Vit. §. 32. p. 808. l. 18 συνέβη τινὰς Ῥωμαίων ἱππεῖς οὐ πόρρωθεν τῆς πόλεως ὁδοιποροῦντας ὀφθῆναι, οἳ (sc. ὀφθέντες) δόξαν παρέσχον τὴν παρὰ τοῦ βασιλέως δύναμιν ἥκειν.

ANTT. JUD. LIB. XIX.

Cap. I. §. 20.. P. 747. l. 6 Ἤδη δὲ καὶ τὸ θέατρον ἐξανίστατο τῶν θάκων, καὶ ταραχαὶ πάνυ πικραὶ ἐγένοντο τῶν εἴσω.] Τῶν θάκων non est nisi conjectura Hudsoni. Mss. et edd. τῶν Φυλάκων. Lugd. Φυλακῶν. Pro καὶ ταραχαὶ Vat. et Hen. a. pr. m. et Lugd. αἱ ἀρχαί. Hic autem in marg. αἱ καταρχάς. Non dubito, quin locus in posterum h. m. sit edendus: Ἤδη δὲ καὶ τὸ θέατρον (i. e. οἱ θεωροί) ἐξανίστατο τῶν Φυλακῶν, αἳ κατ' ἀρχὰς πάνυ πικραὶ ἐγένοντο τῶν εἴσω. Quorum reliqua sine dubio recte se habent, sed verbum ἐξανίστατο haud caret difficultate. Sententia requiritur haec: *jam spectatores custodes fefellerant, et e theatro aufugerant*. Quae sequuntur usque ad κατειληΦότος l. 13 et ipsa vitiosa esse apparet. Quin post eam vocem plura videntur excidisse. Nam verbis Ἐν τούτῳ δὲ alius rei narratio incipit. Est autem hic locus ex eo genere, quod sine meliorum codd. ope vix sanari potest. Duo tantum pro certo dixerim, l. 8 προθύμως non recte se habere, et pro διαΦευξομένου legendum esse

διαφευξαμένου. Hoc dicere voluit scriptor: *Causa autem, cur spectatoribus feliciter evasisse contingeret, erat Halcyon medicus* caet. De τοῦ διαφευξαμένου cf. supra p. 128 seqq.

His igitur loco deposito tamen aliquid salutis attulisse mihi videor; quod, quantulumcunque est, haud temere spretum iri confido. Nam et apud Josephum et apud alios veterum innumerabiles sunt loci, quorum si rationem perspexeris, praeclare tecum actum esse confitearis necesse erit. Addam aliud exemplum e Plutarcho, Non posse suav. vivi sec. Epic. c. 30. p. 1106. E. ... καὶ τὸ ἀναίσθητον οὐ λυπεῖ τότε (*post mortem*) τοὺς μὴ ὄντας, ἀλλὰ τοὺς ὄντας, εἰς τὸ μὴ εἶναι βλαπτομένους ὑπ' αὐτοῦ καὶ μηδ' ὡς δυσομένους. Ultima καὶ μ. ὡ. δ. corrupta esse viderunt Amiot. et Mezir., qui καὶ μηδὲν ἐσομένους conjecerunt; tum Wyttenb., qui καὶ ἤδη ὡς ἐσομένῳ ἀνιωμένους tentavit. Mihi quae praecedunt εἰς τὸ μὴ εἶναι βλαπτομένους ὑπ' αὐτοῦ sc. ὑπὸ τοῦ ἀναισθήτου nihilo magis sana videntur; neque vero id solum, sed haec probabili conjectura corrigi posse, quum de illis fortasse desperandum sit. Εἰς τὸ μὴ εἶναι βλάπτεσθαι prorsus absurdum est. Quid enim? Βλαπτόμεθα εἰς ἀγαθὰ, ἃ ἔχομεν, οὐκ εἰς κακὰ ἃ πεισόμεθα. Conjeci: εἰς τὸ μὴ εἶναι βαπτομένους καὶ δὴ ὅλως δυσομένους. Ista καὶ δὴ ὅλως δυσομένους numne graeca sint dubito; nec alia de causa commemoravi, quam ut sententiam patefacerem. Sed βαπτομένους pro βλαπτομένους certissimum arbitror.

Alios ex hoc libro XIX locos supra jam tractavimus.

ANTT. JUD. LIB. XX.

Cap. II. §. 1.. P. 770. l. 14 Ταῦτα δὲ καίπερ σαφῶς αἰσθανόμενος ὁ πατὴρ, ἐκείνοις μὲν συνεγίνωσκεν, ὡς μὴ διὰ κακίαν αὐτὸ πάσχουσιν, ἀλλ' ἤτοι παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῶν ἕκαστον ἀξιοῦν εὐνοίας τυγχάνειν.] Ernestius: »Prae-

cedit dativus πάσχουσιν· cui haec non apta, nec sensum commodum fundunt; nec in ἤτοι consentiunt Mss. Scribe: ἀλλ' ἴσης π. τ. π. ἀ. ἀξιοῦσιν ἕ. τ.. Verbum ἕκαστον non est in libris, nisi duobus. 'Αξιοῦν e compendio ortum."— Quam conjecturam recepit Richterus. — Dindorfius non nisi ἀλλ' ἤτοι in ἀλλ' ἴσης mutavit. — Mihi ἀλλ' ἤτοι ortum videtur ex ἀλλὰ τό. Quo recepto minimum a codd. recedetur, et verborum ratio optime constabit: ἐκείνοις μὲν συνεγίνωσκεν ὡς μὴ διὰ κακίαν αὐτὸ πάσχουσιν, ἀλλὰ (sc. ὡς πάσχουσιν αὐτὸ διὰ) τὸ ἕκαστον ἀξιοῦν κ. τ. λ.. Quod ita διὰ post ἀλλὰ repetendum est, nihil habet insoliti; cf. Antt. p. 63. l. 25. p. 139. l. 10 caet.. Τὸ autem nullo modo potest abesse. Ut ἴσης addatur necessarium non videtur; nec legit vocem Vet. int.: *sed quoniam singuli favorem patris habere desiderabant.*

Cap. III. §. 1., P. 773. l. 20 βλέψον οὖν εἰς τὸ τῆς τύχης ἄστατον, καὶ κοινὴν εἶναι νόμισον καὶ ὑπὲρ σαυτοῦ πρόνοιαν.] Cod. Voss. habet: καὶ κοινὴν εἶναι τὴν συμφορὰν τὴν ἐμὴν νόμισον καὶ ὑπὲρ σαυτοῦ πρόνοιαν ἥγησαι. E Gall. laudatur: καὶ κοινὴν εἶναι τὴν συμφορὰν νόμισον καὶ τὴν ἐμὴν ὑπὲρ σαυτῷ πρόνοιαν. Dindorfius ita rescripsit: ...καὶ κοινὴν εἶναι τὴν συμφορὰν νόμισον καὶ τὴν ἐμὴν ὑπὲρ σαυτοῦ πρόνοιαν ἥγησαι. Vix fieri potest, quin gravior lateat corruptela. Conjeci: ...καὶ κοινὴν εἶναι τὴν συμφορὰν νόμισον, καὶ τὴν ὑπὲρ ἐμοῦ βοήθειαν ὑπὲρ σαυτοῦ πρόνοιαν ἥγησαι.

Cap. IV. §. 1.. P. 775. l. 11 ...σπεύδειν παρεκάλουν.] Ernestius: »Ms. Busb. interponit τομῶς· in quo saltem aliquid latet." Recte, latet omnino aliquid; sed nihil quod magnopere expetendum esse videatur. Suspicor nescio quem, qui σπεύδειν interpretationis indigere putaret, in marg. adscripsisse συντόμως ἐλθεῖν· quorum, ut fit, reliqua perierunt, τομως remansit et in textum cod. Busb. irrepsit.— Haec aliquot abhinc annos commentatus eram. Nunc vidi

Dindorfium istud τομῶς recepisse. Non est, opinor, cur de sententia desistam.

LIB. DE VITA.

§. 13.. P. 800. l. 12 Ἔφη γὰρ Ἰουδαίους τοὺς τὴν Φιλίππου Καισάρειαν κατοικοῦντας, συγκεκλεισμένους κατὰ προσταγὴν τοῦ βασιλέως ὑποδίκου τὴν δυναστείαν διοικοῦντος, πεπομφέναι κ. τ. λ..] Sic Hudsonus et Dindorfius. Codd. Reg. et Voss. ὑποδίκου τοῦ τὴν δυναστείαν. Idem habet Lugd. nisi quod ὑπὸ δίκου praebet. Recte igitur Richterus τοῦ ante τὴν δυν. recepit. Sed praeterea ὑποδίκου sive ὑπὸ δίκου corruptum esse, nemo non videt. Probabili conjectura sic locum restitueris: κατὰ προσταγὴν τοῦ βασιλέως ὑπὸ Μοδίου τοῦ τὴν δυναστείαν διοικοῦντος. Hujus autem Modii mentio facta erat §. 11 fin. p. 798. l. 48—52, quo loco l. 49 recte Dindorfius Ἰουδαίους inseruit, et l. 51 Hudsonianum commentum Αἰκουϊκλὸν pro Αἴκουον expulit; cf. §. 24 init.. Sed l. 51, 52 sic legam et distinguam: μεταπέμπεται (sc. Varum) πρὸς αὑτὸν, Αἴκουον Μόδιον πέμψας αὐτῷ (sic Reg. Intellige Varum) διάδοχον.

DE BELL. JUD. LIB. I.

Cap. IV. §. 1 ... τὸν δὲ καταλειπόμενον, ἀγαπῶντα τὸ ζῆν δίχα πραγμάτων, εἶχε.] Sic codd.. Hudsonus ex Antt. XIII. 12. 1. p. 510. l. 42 post εἶχε inseruit ἐν τιμῇ. Cardwellus codd. lectionem recte se habere contendit, dummodo sic interpungatur: ... τὸν δὲ καταλειπόμενον ἀγαπῶντα τὸ ζῆν, δίχα πραγμάτων εἶχε. Nam δίχα πραγμάτων ἔχειν τινα significare: *aliquem a negotiis remotum habere.* Quam sententiam non vereor perversissi-

mam dicere. Omnino recte vidit Hudsonus post εἶχε aliquid excidisse; sed quod addidit ἐν τιμῇ, satis certum non est. Vet. int.: *alterum autem privata vita contentum ablatis rebus secum habebat.* Vox *privata* deest in ed. 1490. Recte. Non est enim, nisi glossema, quo nescio quis istud *ablatis rebus*, vel explicare, vel corrigere voluerit. Itaque suspicer, Josephum sic fere scriptum reliquisse: ...πραγμάτων, εἶχε παρ' ἑαυτῷ.

Cap. VI. §. 2 Ὁ αὐτὸς δὲ—καὶ ὡς πρέπον εἴη κ. τ. λ..] Pro ὁ αὐτὸς δὲ Cardwellus e B. D. E. a pr. m. M. T e corr. et P. edidit Οὗτος ἅμα. E cod. Lips. Spanhemius protulit: Οὗτος δὲ ἅμα. Itaque malim: Οὗτος δὴ ἅμα. — Praeterea asyndeton in Πολλὰ μὲν post ἀρχὴν ferri nequit. Cui malo sic optime medicinam fieri posse arbitror, ut in seqq. verba παρήνει δέξασθαι deleantur. Sunt enim non nisi pars glossematis (παρήνει δέξασθαι, vel ut in aliis codd. legitur δέχεσθαι λέγων), quo quis verba: καὶ ὡς πρέπον εἴη, qua ratione cum reliqua oratione cohaererent, ostendere voluerit. Neque non iis sublatis omnia rectissime se habent: Οὗτος δὴ ἅμα καὶ τὸν Ὑρκανὸν, Ἀρέτᾳ προσφυγόντα τῷ βασιλεῖ τῆς Ἀραβίας, ἀνακτήσασθαι τὴν βασιλείαν ἔπειθε, καὶ τὸν Ἀρέταν (sc. ἔπειθε) δέξασθαί τε τὸν Ὑρκανὸν καὶ καταγαγεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, πολλὰ μὲν τὸν Ἀριστόβουλον εἰς τὸ ἦθος διαβάλλων, πολλὰ δ' ἐπαινῶν τὸν Ὑρκανὸν, καὶ (sc. λέγων) ὡς πρέπον εἴη κ. τ. λ.. — In proxime sequentibus τοῖς ἀδικουμένοις non est sollicitandum. Ac Hudsoni quidem conjecturam τῶν ἀδικουμένων supervacaneam esse, continuo perspicitur. Nam ὑπερέχειν χεῖρα saepius etiam dativum, quam genitivum post se habere solet. Quod autem Cardwellus e quibusdam codd. τῷ ἀδικουμένῳ recepit, non sensit universalem sententiam requiri; ideoque pluralem longe aptisimum esse.

Cap. VI. §. 4. Καὶ δίχα δώρων κ. τ. λ..] Spanhemium Καὶ οὐ δίχα δώρων conjicientem merito reprehendit Card-

wellus. Quod autem ipse contendit, δίχα h. l. significare *praeter*, ut sententia sit: *et praeterquam quod dona dabant, eadem qua ad Aretam usi juris sui defensione supplicabant*, caet., veteremque int., quum verteret: *multisque muneribus ei datis*, id ipsum accepisse, multo etiam perversius videtur. Mihi καὶ δίχα δώρων et sana esse videntur, et ita accipienda, quemadmodum fecit Hudsonus: *nullisque ei muneribus datis*. Etenim undenam resciverunt viri docti, Antipatrum et Hyrcanum Pompejo dona obtulisse? Josephus quidem certe Antt. XIV. 2. 3 et c. 3. §. 1 et 2 ejusmodi nihil tradidit. At narrat tamen, Aristobulum ingens tunc temporis Pompejo donum misisse, vitem auream e quinquaginta talentis; unde verosimile esse dicunt, ne Hyrcanum quidem istud officii genus praetermisisse. Hoc unum scilicet, nec aliud quidquam, afferunt. Quid igitur, si ostendero, magnam Antipatro, hic enim omnia administrabat, causam fuisse, cur nulla Pompejo dona mitteret? Nam, qua erat calliditate, facile perspiciebat, talem virum non posse corrumpi; cf. Plutarch. Vit. Pomp. c. 1. l. a Cardwello l.. Itaque verendum erat, ne oblatis muneribus alienaret eum magis, quam conciliaret. Quin etiam, quum ipse Gabinium et Scaurum δωροδοκίας accusare constituisset, cf. Antt. l. l., magnopere cavere debebat, ne ipse Pompejum corrumpere velle videri posset. Vet. interpretem quod attinet, libenter pro *multisque* corrigam: *nullisque*.

Cap. IX. §. 3 εἰργόμενος τῶν κατὰ τὸ Πηλούσιον ἐμβολῶν,] Sic recte Hudsonus sex codd. consentientibus. Accipe: *prohibitus, ne per aditus prope Pelusium iter faceret*, quia nempe hostes eos occupaverant. Antea erat ὑπὸ τῶν κατὰ τὸ Π. ἐ.. Quam lectionem superiore saeculo ita tuebatur Aldrichius, ut ἐμβολὰς *navium rostra* i. e. *naves* intelligeret: *prohibitus a navibus, quae ad Pelusium erant*. Cardwellus, qui viginti abhinc annos opus de B. J. edidit, et ipse ὑπὸ τῶν praeferendum judicat, adhibitoque Suida,

apud quem exstat: ἐμβολὴν, κλεισούραν, εἴσοδον, πληθὺν, ὁρμήν. interpretatur: *claustris juxta Pelusium prohibitus.* Quam sententiam Aldrichiana nihilo meliorem existimo.

Paulo post pro τῶν τ' ἐποίκων τοῦ Λιβάνου Πτολεμαῖον καὶ Ἰάμβλιχον, καὶ Πτολεμαῖον· δι' οὓς κ. τ. λ.. Cardwellus edidit: τόν τ' ἔποικον τοῦ Λιβάνου Πτολεμαῖον καὶ Ἰάμβλιχον· δι' οὓς κ. τ. λ.. Mihi scribendum videtur: τόν τ' ἔποικον τοῦ Λιβάνου Πτολεμαῖον, καὶ Ἰάμβλιχον καὶ Θολομαῖον· δι' οὓς κ. τ. λ.

Cap. IX. §. 4 Καὶ τὸ (artic. recte Cardwellus e duobus codd. videtur addidisse) Πηλούσιον μὲν ἑάλω· πρόσω δ' αὐτοὺς ἰόντας εἶργον αὖθις οἱ τὴν Ὀνίου προσαγορευομένην χώραν κατέχοντες Ἰουδαῖοι Αἰγύπτιοι. Τούτους δὲ Ἀντίπατρος κ. τ. λ..] Istud Ἰουδαῖοι Αἰγύπτιοι mirum in modum friget. Scilicet sic contra codd. fidem, qui praeter unum omnes Ἰουδαῖοι καὶ Αἰγύπτιοι habent, edidit Hudsonus, fretus Vet. int. auctoritate et comparato loco Antt. XIV. 8. 1. p. 537. l. 25—28, cujus tamen loci longe alia est ratio. Cardwellus καὶ ante Αἰγύπτιοι revocavit. Atqui ne sic quidem res in vado est. In edd. Bas. et Gen., quibuscum quatuor codd. consentiunt ante Ἰουδαῖοι insertum legitur: ἦσαν δέ. Tum vocula δὲ post τούτους in iisdem et sex codd. deest. Unde equidem sic locum ediderim: ... κατέχοντες· ἦσαν δὲ Ἰουδαῖοι [καὶ Αἰγύπτιοι]. Τούτους Ἀντίπατρος κ. τ. λ.. Verbis ἦσαν δὲ Ἰουδαῖοι aptissime indicatur, quamobrem Antipatri tanta fuerit apud istos homines auctoritas. Καὶ Αἰγύπτιοι scriptoris consilio contraria sunt. Etenim, si regionis illius incolis Aegyptii quoque inmixti fuissent, tanto minus efficere potuisset Antipater. Quocirca vix dubitem, quin ab aliena manu sint.

Cap. X. §. 3. Τὰς μὲν δὴ τιμὰς ταύτας Καῖσαρ ἀπέστελλεν ἐν τῷ Κ. χαραχθῆναι,] Pro ἀπέστελλεν octo codd.

ἐπέστελλεν· quod mihi quidem unice verum videtur. Ἐπιστέλλειν ista ratione positum, adeo frequens est, et apud Josephum, et apud alios, ut exempla proferre supersedeam. Cardwellus vulgatam dedita opera defendit, adhibitis verbis τὴν γνώμην ἀπεστείλατε e Demosth. de Halon. p. 81; quae verba quam parum ad rem pertineant, et quivis per se intelligit, et continuo apparebit, si locum integrum adscripsero: ὥστε τοῦτο μὲν οὐ κατ' ἐμοῦ, ἀλλὰ καθ' ὑμῶν ἐπέσταλκεν, ὡς ὑμεῖς περὶ ὧν οὐκ ἠκούσατε, περὶ τούτων ἀποκρινάμενοι τὴν γνώμην ἀπεστείλατε. — In fine §. cur pro vulgato καὶ τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς ἐσόμενον ex uno cod. κ. τ. τ. ἀ. ἐσόμενον ἀρετῆς ediderit idem Cardwellus, prorsus non intelligo.

Cap. XI. §. 7 Κἀπειδὴ Λαοδίκειαν ἐλόντος αὐτοῦ συνῆσαν οἱ πανταχόθεν δυνατοὶ, δωρεάς τε καὶ στεφάνους φέροντες, Ἡρώδης μὲν κ. τ. λ..] Pro συνῆσαν Richterus συνῄεσαν correxit. Cardwellus ex uno M. παρῆσαν edidit. Codd. L. N. T. exhibent: ... αὐτοῦ, ὑπήκοοι πανταχόθεν δυνατοὶ δωρεάς τε καὶ στεφάνους φέροντες παρῆσαν αὐτῷ, Ἡρώδης κ. τ. λ.. Ab his Bodl. et Voss. haud ita multum videntur discrepare; sed quid in iis legatur, ex Hudsoni nota vix intelligas. Φέροντες παρῆσαν αὐτῷ habet quoque E.. Denique in collatione Dorvilliana commemoratur haec lectio, sed quibus e libris sumpta sit ignoratur: αὐτοῦ ὑπήκοοι πανταχόθεν οἱ δυνατοὶ δωρεάς τε καὶ στεφάνους φέροντες παρῆσαν αὐτῷ, Ηρώδης κ. τ. λ.. Verosimillimum videtur, Josephum ita scriptum reliquisse: Κἀπειδὴ Λαοδίκειαν ἐλόντος αὐτοῦ οἱ πανταχόθεν δυνατοὶ δωρεάς τε καὶ στεφάνους φέροντες παρῆσαν αὐτῷ, Ἡρώδης μὲν κ. τ. λ.. — Ὑπήκοοοι debetur nescio cui, qui non intelligeret, qua ratione potentissimi undique homines Cassium convenisse dicerentur. Συνῄεσαν verbo παρῆσαν, itidem non intellecto, vel explicando vel emendando serviisse putem. Utrumque textui illatum reliqua turbavit.

Cap. XII. §. 2 fin. Κατὰ δὲ τὸ πρὸς Ἡρώδην ἔχθος, συνέλαβεν Ἀντιγόνῳ τῷ Ἀριστοβούλου, καὶ τὸ πλέον διὰ Φάβιον κ. τ. λ..] Sic vulgo cum edd. Bas. et Gen.. Nondum recte constitutum esse locum, vel sola lectionis varietas manifesto demonstrat. Bodl. Lips. A. L. N. T. habent: συνέλαβε τὸν Ἀντίγονον τὸν Ἀριστοβούλου. Rost. praebet: συνέλαβε τὸν Ἀ. καὶ τὸν Ἀριστόβουλον. Cardwellus e B. C. D. E. M. edidit: συνέλαβεν Ἀντίγονον τὸν Ἀριστοβούλου· quam lectionem hoc modo explicat: » Vulgatam interpretatur his verbis Hudsonus: *Antigono opem ferebat*, sensu apud Demosth. frequentiore. Sed hic loci exponendum est: *socium adjunxit.* Xenoph. Cyrop. III. 3. 1. ἀπῄει συλλαβὼν τὸ ἕτερον στράτευμα. Stob. ex Eurip. Palam. Vol. I. 234 et Valck. Diatr. p. 198 τὸ θεῖον τὴν δικήν τε συλλαβών·" Quae interpretatio, ut alia omittam, sententiae loci minime satisfacit. Non enim Antigonum sibi socium adscivit Mario, sed se ipsum Antigono, reditum in patriam paranti, adjunxit; id quod vel proxime sequentia διὰ τὸν Φάβιον satis declarant. Codd. Big. et Lugd. habent κατήγαγε τὸν Ἀντίγονον τὸν Ἀριστοβούλου. In P. est συγκατήγαγε τ. Ἀ. τ. Ἀ.. Quocirca conjeci: ... ἔχθος, συλλαβὼν κατήγαγεν Ἀντίγονον τὸν Ἀριστοβούλου, καὶ τὸ πλέον κ. τ. λ.. Ita συλλαβὼν κατήγαγε dictum est ut infra c. 13. 3 Τὸν γοῦν Φασάηλον ἐνεδρεύων ἀνέπεισε. Plura similia adscribere nolo. Sed locum ex Antt. XIX. 1. 15. p. 744. l. 15, qui locus ad idem genus pertinet, obiter corrigere juvat. Verba haec sunt: ... ἰσχύϊ προὔχων ἀφαιρεῖται τὸ ξίφος τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιόντων συμπλακεὶς, φανερός τε κ. τ. λ.. In edd. erat: τῶν πρώτων. Vulgata sumpta est e Busb. et Voss.. Legendum: ἀφαιρεῖται τὸ ξίφος τὸν πρῶτον τῶν ἐπιόντων συμπλακεὶς (sc. αὐτῷ), φανερός τε κ. τ. λ..

Cap. XIII. §. 4 init. Ὡς δ' ἐγένοντο κατὰ τὴν Γαλιλαίαν, τοὺς μὲν ἐπιχωρίους ἀφεστῶτας καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις ὄντας καταλαμβάνουσι, τῷ σατράπῃ δ' ἐνετύγχανον πανούργως

σφόδρα καὶ ταῖς φιλοφρονήσεσι τὴν ἐπιβουλὴν καλύπτειν ἐνεκελεύοντο.] Hudsonus haec de Pacoro ejusque sociis intellexit. Quo nihil excogitari potest perversius. Adhortandusne erat Barzapharnes, ut quas ipse strueret insidias occultaret? Praeterea, si vel maxime adhortandus erat, ad unum Pacorum, non item ad ejus socios hoc pertinebat. Mitto plura; nam quo quis magis totius loci rationem consideraverit, eo difficilius Hudsoniana interpretatione acquiescet. Conf. Antt. XIV. 13. 5. Sine dubio verba ἐγένοντο, καταλαμβάνουσι et ἐνετύγχανον ad Phasaëlum et Hyrcanum referenda sunt. Conf. quae proxime §. 3 fin. praecedunt; quem locum, ab Hudsono corruptum, supra p. 3 expedivimus. Jam quivis, opinor, sentiet, verbum ἐνεκελεύοντο vitiosum esse. Cod. P. pro καλύπτειν ἐνεκελεύοντο praebet καλύπτοντι, idque vertit Vet. int.: *satrapam vero conveniunt satis callide et officiis amicitiae dolos tegentem.* Sic omnia erunt planissima. At enim ista lectio nimis correctionem redolet, quam ut continuo probari possit. Fortasse scripsit Josephus: ...καλύπτειν ἐγκιλικεύοντι. Haud equidem ignoro ἐγκιλικεύεσθαι, non ἐγκιλικεύειν, commemorari a lexicographis; sed, quum ἐγκιλικίζειν quoque veteribus in usu fuisse constet, non video, cur ἐγκιλικεύειν reprobandum sit. Conf. quae supra p. 45 et 46 de ἀπονοεῖν pro ἀπονοεῖσθαι et de εὐθυμεῖν pro εὐθυμεῖσθαι disputavimus.

Cap. XIX. §. 1 ...ἵν' ἢ κρατήσαντος Ἀραβίας, ἢ κρατηθέντος Ἰουδαίας γένηται δεσπότις, καὶ θατέρῳ τῶν δυναστῶν καταλῦσαι τὸν ἕτερον.] Infin. καταλῦσαι non potest explicari. Nam ad πείθει quominus referatur, quum alia prohibent, tum sententiae ratio videtur obstare. Codd. aliquot: καταλύσῃ· quod nihili est. Corrigendum: καταλύσαι· ut sic verba cohaereant: ἵνα δεσπότις γένηται καὶ ἵνα καταλύσαι. Optativum post conjunctivum reperies Antt. II. 9. 4. p. 63. l. 30. Ibid. VIII. 8. 3. p. 308. l. 11 et 13. Optativus praecedit Antt. XII. 3. 1. p. 484. l. 2 et 4.

Cap. XXI. §. 1 ...ἃς μὲν γὰρ ἀνῳκοδόμησεν ἐκ θεμελίων, τὸ δὲ ἐπεσκεύασε πλούτῳ δαψιλεῖ, κατ' οὐδὲν τῶν βασιλείων ἔλαττον, ὃ 'Αντωνίαν ἐκάλεσεν εἰς τὴν 'Αντωνίου τιμήν.] Sic edidit Hudsonus e Rhed. Voss. et Bodl., quum in edd. exstaret: ...ἔλαττον. 'Αντωνίαν. Subjunxit autem vir doctissimus annotationem hanc: »In Ruffini versione: *hoc autem, nulla re minus quam regni sedes esset, largis opibus renovatum, Antoniam vocavit*, quasi legisset: τὸ δὲ ἐπισκευασθὲν πλούτῳ δαψιλεῖ, κατ' οὐδὲν τῶν βασιλείων ἔλαττον, 'Αντωνίαν ἐκάλεσεν.'' — Cardwellus: »Legit, opinor, Ruffinus quod ad amussim in cod. P. reperiri potest: ὃ δ' ἐπισκευάσας — ἔλαττον, 'Αντωνίαν.'' — In codd. A. B. D. E., quos Dorvillius contulit, exstat: τὸ δὲ ἐπεσκεύασε — ἔλαττον· ὃν 'Αντωνίαν· unde sic locum ediderim: τὸ δὲ ἐπεσκεύασε πλούτῳ δαψιλεῖ, (καὶ) κατ' οὐδὲν τῶν βασιλείων ἔλαττον ὃν 'Αντωνίαν ἐκάλεσεν εἰς τ. 'Α. τιμήν.

Cap. XXIII. §. 5 Καὶ τὸ τελευταῖον φάμενος, ὡς τῷ πατρὶ κτείνειν αὐτούς ἐστιν, εἰ δὴ προτίθεται τὸ ἔγκλημα, προήγαγε μὲν εἰς δάκρυα πάντας·] Ita edd. Bas. Gen. et Vulg.. Aldrichii, Spanhemii et Havercampii conjecturas et interpretationes referre operae pretium non est. Cardwellus edidit: ...ὡς τῷ πατρὶ κτείνειν αὐτούς ἐστιν ἡδύ, προτίθεται τὸ ἔγκλημα· καὶ προήγαγε κ. τ. λ., hac subjecta annotatione: »Sanationis adhuc indiget locus. Lectio enim quam Codicum (adde: nonnullorum) et Ruffini auctoritatem secutus in textum recepi, neque, ut antea notavit Aldrichius, juvenis moderationi et erga patrem pietate consentanea est, neque ipsius verbis, sicut in Antt. (XVI. 4. 8.) sermonem habuit, firmatur. His enim rationibus potior esset lectio, quae vulgo fertur, ὡς τῷ πατρὶ κτείνειν αὐτούς ἐστιν, εἰ δὴ προτίθεται τὸ ἔγκλημα, *liberum esse patri eos occidere, si revera crimen iis tale inferat*. Textum vero receptum (i. e. quem ipse Cardw. recepit) ad hunc modum vertas: *cordi esse patri eos occi-*

dere prolocutus, crimen iis inlatum ob oculos auditoribus posuit et omnes usque ad lacrymas commovit. Haud absimilia sunt Aesch. verba Agam. vs. 200 ἄλλο μῆχαρ βριθύτερον πρόμοισι μάντις ἔκλαγξεν, προφέρων Ἄρτεμιν, ὥστε χθόνα βάκτροις ἐπικρούσαντας Ἀτρείδας δάκρυ μὴ κατασχεῖν. Ruffini versio est: *prolocutus quod eos pater libenter occideret, auxit facinus et lacrymas* caet.." Ex ungue leonem. — Lectionis discrepantia eo fere redit, ut in quibusdam libris pro εἰ δὴ reperiatur ἤδυ, et duo praeterea προστίθεται habeant. Mihi facillima correctione locus redintegrari posse videtur, h. m.: ...ὡς τῷ πατρὶ κτείνειν αὐτοὺς ἔστιν, εἰ δὴ π ρ ο σ ί ε τ α ι τὸ ἔγκλημα, προήγαγε κ. τ. λ.. Conf. Antt. VII. 11. 3. p. 266. l. 28 Ἀλλ' οἶδα ὅτι τούτων οὐδὲν ἡ διάνοια ἡ σὴ π ρ ο σ ί ε τ α ι, δικαία τε οὖσα, καὶ τὴν ἀλήθειαν, ἣν ἰσχύειν τε βούλεται καὶ τὸ θεῖον, ἀγαπῶσα. (Cujus loci partem priorem recte Dindorfius e codd. sic correxit: Ἀλλ' οἶδα γὰρ ὅτι τούτων οὐδὲν ἡ σὴ διάνοια προσίεται. In reliquis τε post ἰσχύειν delevit. At enim cod. Reg. b pro ἣν ἰσχύειν τε βούλεται habet: ἐνισχύειν βουλομένη. Tum pro καὶ τὸ θεῖον Samb. ὡς καὶ τὸ θεῖον· Big. et Voss. καὶ ὡς τὸ θεῖον. Quocirca h. m. legam: δικαία τε οὖσα καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐνισχύειν τε βουλομένη καὶ ὡς τὸ θεῖον ἀγαπῶσα.) Antt. XIV. 1. 3. p. 525. l. 35 Τούτοις Ὑρκανὸς ἠπίστει τοῖς λόγοις, φύσει χρηστὸς ὢν καὶ διαβολὴν δι' ἐπιείκειαν οὐ προσιέμενος ῥαδίως.

Cap. XXIV. §. 6 Ὧν ἐπιβουλὴν μὲν ἄντικρυς ὡμολόγησεν οὐδεὶς, ὅτι δὲ τὴν ἐρωμένην ἁρπασάμενος εἰς Πάρθους ἀποδρᾶναι παρεσκευάζετο, σ υ μ μ έ τ ο χ ο ς δὲ τοῦ σκέμματος αὐτῷ καὶ τῆς φυγῆς Κοστόβαρος ὁ Σαλώμης ἀνὴρ, ᾧ κ. τ. λ..] Συμμέτοχος sine dubio vitiosum est. Nam neque ἐστὶ neque εἴη commode potest intelligi. Codd. plerique omnes: συμμέτοχοι. Corrigatur: συμμετέχοι δὲ κ. τ. λ..

Cap. XXVI. §. 2 init. ...φιλίᾳ δὲ Ἀλέξανδρον ὑπεκρίνετο,] In P. est ὑποκρίνεται, nec praeterea quidquam va-

riae lectionis enotatum est. Hudsonus vertit: *simulata amicitia colebat Alexandrum*. Atqui sic aut: Φιλίαν δὲ πρὸς 'Α. ὑπεκρίνετο scribendum, aut verbum aliquod post 'Αλέξανδρον inserendum. Forte pro ὑπεκρίνετο legendum: ὑπεκρύπτετο, i. e. *amicitia vero Alexandrum celabat*, nempe se ipsum et consilia sua. Conferendus est locus cap. 31. §. 4 Ὁ δὲ ἤδη μὲν ὑπενόει τὰς οἴκοι συμφορὰς, ἔτι δὲ πανουργίᾳ ὑπεκρύπτετο.

DE BELL. JUD. LIB. II.

Cap. III. §. 4 Τὸ μέντοι πολεμικώτατον μέρος, Σεβαστηνοὶ τρισχίλιοι, Ῥοῦφός τε καὶ Γρᾶτος ἐπὶ τούτοις, ὁ μὲν τοὺς πεζοὺς τῶν βασιλικῶν ἔχων ὑφ' ἑαυτὸν, Ῥοῦφος δὲ τοὺς ἱππεῖς, ὧν ἑκάτερος καὶ χωρὶς ὑπηκόου δυνάμεως δι' ἀλκὴν καὶ σύνεσιν, ἢ πολέμου ῥοπὴ, ἄξιος ἦν, προσέθεντο Ῥωμαίοις.] Edd. Bas. et Gen. erat lectio haec: δι' ἀλκὴν καὶ σύνεσιν καὶ πολέμου ῥοπὴν προσέθεντο Ῥωμαίοις, quam vitiosam judicanti Hudsono facile assentimur; eidem locum a se persanatum esse glorianti nequaquam concedimus. Primum istud ἄξιος ἦν ita demum ferri posset, si πολλοῦ ἄξιος ἦν, vel simile, scriptum exstaret. Quin non est nisi glossematis pars, εἰς πόλεμον πολλοῦ ἄξιος ἦν, quo nescio quis glossemate potestatem vocis ῥοπὴ explicare voluerit; quod quam verum sit, mox satis appariturum confido. Deinde ista τῆς συνέσεως laudatio: ἢ πολέμου ῥοπὴ, quam maxime frigida videtur, atque inepta. Accedit, quod sic nomin., non accus., praecedere oportebat, tum quod sic pro ἢ jure requiras ἡ. Joseph. Antt. XIV. 4. 5. p. 532 l. 5 ... εἰσεπράξαντο, καὶ (omnino add. ἡ) βασιλεία, ἡ πρότερον τοῖς κατὰ γένος ἀρχιερεῦσι διδομένη τιμὴ, δημοτικῶν ἀνδρῶν ἐγένετο. Philo, De poster. Caini §. 20. T. II. p. 19 fin. ... ὅτι τὸ γῆρας, ἡ μακρὰ καὶ ἀνίατος νόσος,

τοὺς τῶν ὀρέξεων ἐχάλασέ τε καὶ ἔλυσε τόνους. Id. ibid. §. 33. p. 30 Αἰσθητήρια δὲ, καὶ ἡ περὶ ταῦτα ἀκρίβεια, ἢ ῥεῦμα δυσῶδες ἐνέφραξεν, ἢ γῆρας, ἡ ἀναγκαῖα καὶ κοινὴ πάντων νόσος ἐπήρωσεν; Ὅτι δὲ, οὐχὶ πλοῦτοι καὶ δόξαι — σκιὰ πάντα; Recte Richterus de Mangeji sententia ἣν ῥεῦμα edidit pro ἢ ῥεῦμα. Sed praeterea legam ἢ τὸ γῆρας, ἡ—νόσος, ἐπήρωσεν. Pro Ὅτι Mangejus conjecit: Ἔτι. Malim: Τί δέ; Οὐχὶ κ. τ. λ.. — Cardwellus edidit: ...ἱππεῖς· ὧν ἑκάτερος καὶ χωρὶς ὑπηκόου δυνάμεως δι' ἀλκὴν καὶ σύνεσιν, τὴν πολέμου ῥοπὴν, προσέθεντο Ῥωμαίοις. Quam lectionem multis nominibus reprehendi posse, si vellem demonstrare, merito lectoribus diffidere existimarer. — Nobis lectio cod. Lugd., quam protulit Havercampius, sed non intellexit, unice vera videtur: ...Ῥοῦφός τε καὶ Γρᾶτος ἐπὶ τούτοις, ὁ μὲν — ἱππεῖς, ὧν ἑκάτερος καὶ χωρὶς ὑπηκόου δυνάμεως δι' ἀλκὴν καὶ σύνεσιν ἦν πολέμου ῥοπὴ, προσέθεντο Ῥωμαίοις. Conf. Antt. VII. 12. 2. p. 270. l. 36 ...τούτῳ μονομαχήσας Ἰωνάθης ὁ Σαμᾶ υἱὸς ἀνεῖλέ τε αὐτὸν, καὶ τῆς ὅλης νίκης ῥοπὴ γενόμενος δόξαν ἀριστείας ἀπηνέγκατο. De B. J. II. 18. 4 ...τρεπόμενος δὲ πολλάκις (ὁ Σίμων) αὐτοὺς πάντας μόνος ἦν ῥοπὴ τῆς παρατάξεως. Eodem pertinet locus de B. J. II. 2. 3 Ἐπήγετο δὲ τὴν μητέρα, καὶ τὸν ἀδελφὸν Νικολάου Πτολεμαῖον, ῥοπὴν εἶναι δοκοῦντα διὰ τὴν παρ' Ἡρώδῃ πίστιν. Locus denique Plutarchi, Vit. Galbae c. 10 hoc modo corrigendus videtur: Οὐδενὸς γὰρ ἦν ὄνομα μεῖζον, οὐδ' εἶχε δόξαν οὐδεὶς, ὅσον ὁ Οὐεργίνιος, ὡς μεγίστη ῥοπὴ τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι, τυραννίδος ὁμοῦ χαλεπῆς καὶ Γαλατικῶν πολέμων ἀπαλλαγὴ γενόμενος. Perperam, ut opinor, μεγίστῃ ῥοπῇ editur, nec satis recte distinctio post πράγμασι deest.

Cap. VIII. §. 2. ...Ἐσσηνοὶ καλοῦνται, Ἰουδαῖοι μὲν γένος ὄντες, Φιλάλληλοι δὲ καὶ τῶν ἄλλων πλέον. Οὗτοι τὰς μὲν ἡδονὰς ὡς κακίαν ἀποστρέφονται κ. τ. λ..] Vetus int.: *Verum inter se mutuo amore conjunctissimi;*

et qui praeter caeteros voluptates quidem quasi maleficia vitarent caet.. Unde Aldrichius conjecit: ... Φιλάλληλοι δὲ μάλιστα, καὶ τῶν ἄλλων πλέον τὰς μὲν ἡδονὰς ὡ. κ. ἀ.. Equidem non nisi interpunctionem mutandam censeo, h. m.: ... Φιλάλληλοι δέ. Καὶ τῶν ἄλλων πλέον οὗτοι κ. τ. λ..

Cap. X. §. 1. fin.. Ταχὺ δὲ ἐχώρει διὰ πάντων τὸ δέος· ἤδη γὰρ οὔσης εἰς τὴν Πτολεμαΐδα τῆς σρατιᾶς.] Coccejus γὰρ deleri jussit. Fortasse legendum: ... δέος, ἤδη παρούσης εἰς τ. Π. τ. σ..

Cap. XI. §. 2. init.. Συνέβη δὲ τηνικαῦτα προσεπιδημοῦντα τὸν Ἀγρίππαν, τήν τε σύγκλητον καλοῦσαν εἰς συμβουλίαν πέμψαι, καὶ Κλαύδιον ἐκ τῆς παρεμβολῆς, ὅπως πρὸς ἃ δέοι χρήσιμος αὐτῷ γένοιτο.] Hudsonus locum interpretatur, ac si μεταπέμψασθαι, non πέμψαι, scriptum exstaret. Quod nemini, sat scio, probabitur. Levissima res locum impeditum reddidit. Pro προσεπιδημοῦντα duobus vocabulis scribatur: πρὸς ἐπιδημοῦντα. — Contrarium obtinet supra lib. I. c. 4. §. 5, ubi διὰ κηρύσσοντας ferebatur, donec Cardwellus e codd. διακηρύσσοντες restituit; quod, licet alterum per se malum non sit, haud dubie tamen praeferri meretur. Addo Philonis locum, Quis rer. div. haeres §. 18. T. III. p. 22 ... σαφῶς γνώσῃ, ὅτι μόνῳ Θεῷ χωρὶς ἑτέρου πρὸς παραλήψεως οὐ ῥᾴδιον πιστεῦσαι, διὰ τὴν πρὸς τὸ θνητὸν ᾧ συνεζεύγμεθα συγγένειαν· ubi caecus sit oportet, qui προσπαραλήψεως legendum esse non videat.

Cap. XVII. §. 9 ... ὡς οὐ χρὴ Ῥωμαίων ἀποστάντας δι' ἐλευθερίας πόθον καταπροέσθαι ταύτην οἰκείῳ δήμῳ, καὶ δεσπότην φέρειν κ. τ. λ..] Ultima interpretantur: *hanc* (libertatem) *cuidam ex popularibus suis prodere.* At hoc graecis non inest. Legendum: οἰκείῳ δημίῳ· nempe sic Manaimum vocat. — De voce δήμιος conferri potest locus Philonis, De parent. col. §. 7. fin. T. V. p. 57 Κοινὸς γὰρ ἐχθρὸς

(nempe ὁ ἀτιμῶν τοὺς γονεῖς), καὶ εἰ δεῖ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, δήμιος ἁπάντων, ἐπὶ τίνι γένοιτ' ἂν εὐμενὴς ἄλλῳ, μηδὲ τοῖς αἰτίοις τοῦ ζῆν, δι' οὓς εἰς γένεσιν ἦλθεν, ὧν ἐστὶ προσθήκη; ubi primum corrigendum: ... ἁπάντων. Ἐπεὶ τίνι κ. τ. λ., deinde post προσθήκη aliquid excidit, v. c. εὐμενὴς γενόμενος, vel simile.

DE BELL. JUD. LIB. IV.

Cap. II. §. 4 Μέχρι μὲν οὖν εἴκοσι σταδίων οἷόν τε ἦν συνεξαγαγεῖν γυναικῶν καὶ παιδίων ὄχλον ἀνθρώπῳ κατασπερχομένῳ τοῖς ὑπὲρ αἰχμαλωσίας καὶ τοῦ ζῆν Φόβοις· περαιτέρω δὲ προκόπτοντος ἀπελείποντο, καὶ δειναὶ τῶν ἐωμένων ἦσαν ὀλοφύρσεις.] Post Φόβοις in uno codice additum legitur: συνεξελθόντες εἵποντο, in quatuor aliis: οἱ συνεξελθόντες εἵποντο. Nunquam adducar, ut ista glossematis partem esse credam. Fortasse scripsit Josephus: ... τοῖς ὑπὲρ αἰχμαλωσίας καὶ τοῦ ζῆν Φόβοις, καὶ συνεξελθόντες εἵποντο, περαιτέρω δὲ κ. τ. λ., Ad συνεξελθόντες εἵποντο intellige ὄχλος ille γυναικῶν καὶ παιδίων. — Praeterea Cardwellus ex uno cod. edidit: ἦσαν αἱ ὀλοφύρσεις. Male sine dubio.

Cap. II. §. 4. Οἰκτρὸς δὲ γυναικῶν κ. τ. λ..] Pro ἱκετεύουσαι ante Hudsonum legebatur ἱκετεῦσαι· quam ego lectionem, satis illam codd. auctoritate munitam, praeferendam judico, sed hac interpunctione: Οἰκτρὸς δὲ γυναικῶν καὶ παιδίων ὄλεθρος ἦν, καί τινες πρὸς ἀνακλήσεις ἀνδρῶν τε καὶ συγγενῶν ἐθάρσησαν μετὰ κωκυτῶν ἱκετεῦσαι περιμένειν. Explicem: *et erant nonnullae, quae ad virorum consanguineorumque cohortationes*, i. e. quum se cohortantium virorum et consanguineorum voces audirent, *ejulantes ut manerent supplicari audebant.*

Cap. V. §. 5 fin.. Δεῖν οὖν — αὐτοὺς ἀναχωρεῖν ἐπ' οἴκου, καὶ τοῦ μὴ κοινωνεῖν τοῖς Φαύλοις ἁπάντων ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν Φενακισθέντες μετάσχοιειν.] Omnino corrigendum: καὶ τῷ μὴ κοινωνεῖν κ. τ. λ.. Eodem modo apud Philon. fragm. T. VI. p. 216 Ὁ μὲν Κάϊν ἐπειδὴ τὸ μέγεθος τοῦ ἄγους ἠγνόησε τοῦ μηδέποτε περιπεσεῖν θανάτῳ, τιμωρίας δίδωσιν ἁπλουστέρας, rescribendum: τῷ μηδεπώποτε περιπεσεῖν θανάτῳ.

Cap. VI. §. 3 Ἦν γὰρ δή τις παλαιὸς λόγος ἀνδρῶν, ἔνθα τότε τὴν πόλιν ἁλώσεσθαι κ. τ. λ..] Istud ἔνθα magnopere vereor, ut commode possit explicari. Cod. Lugd. praebet: ἐνθέον (sic). In quo fortasse latet: ... ἀνδρῶν ἐνθέων, τότε κ. τ. λ..

DE BELL. JUD. LIB. V.

Cap. VII. §. 1 ... καὶ τὸ σμβὰν οὐδενὸς εἰπεῖν ἔχοντος, ἐπὶ πλεῖστον ἀποδυρόμενοι διεΦέροντο, κ. τ. λ..] Quoties hunc locum legi, toties vox ἀποδυρόμενοι mihi displicuit. Interpretantur: *diu queruli alius aliud opinabantur;* qua interpretatione tantum abest ut acquiescere possim, ut ipsam maxime corruptum esse locum demonstrare putem. E cod. Voss. laudatur ἀπορούμενοι· quod haud scio an verissimum sit. Ἀπορεῖσθαι forma media saepius legitur apud Josephum: v. c. Antt. IV. 3. 2. p. 118. l. 20. Ibid. XX. 8. 8. p. 754. l. 47. De B. J. V. 2. 2 et VI. 8. 5. Conf. Xenoph. Cyr. VII. 1. 40. Philo, Leg. Alleg. III. §. 84. T. I. p. 191. Plutarch. Vit. Camilli c. 42. Coriol. c. 20. Aemil. Paul. c. 22; quos locos notare haud supervacaneum putavi, quoniam alicubi legere memini, ἀπορεῖσθαι in solo N. T. exstare. — ΔιεΦέροντο accipiam: *in varias sententias sive suspiciones trahebantur.* Videtur translatio esse a navibus, quae aestu fluctibusque jactan-

tur; cf. Plutarch. De defect. oracul. c. 4. p. 419. B. De S. N. V. c. 6. p. 552 B.

In iis quae paulo post leguntur: καθάπερ Ἰουδαίων ἐμβεβηκότων εἰς τὰ στρατόπεδα, pro ἐμβεβηκότων praeferam alteram lectionem ἐμβεβληκότων.

Cap. IX. §. 1 ... τάς τε οἰκίας μεστὰς ἦν προκυπτόντων ὑπεριδεῖν.] Verba προκυπτόντων ὑπεριδεῖν omnino jungenda sunt. Neque enim hic esse potest ordo verborum: ἦν ὑπεριδεῖν τὰς οἰκίας μεστὰς προκυπτόντων. Quorsum haec? Ut intelligatur, post ἦν necessario verbum aliquod addendum esse, v. c.: τάς τε οἰκίας μεστὰς ἦν (ὁρᾶν) προκυπτόντων ὑπεριδεῖν.

Cap. XII. §. 2 ... οὐ μόνον πρὸς τάγματα ἦν ἔρις.] Sic Hudsonus. Cardwellus edidit: οὐ μόνον τῶν ταγμάτων ἦν ἔρις. Tres codd. πρὸς τάγματος· septem προστάγματος. Fortasse legendum: οὐ μόνον πρὸς τάγμα τάγματος ἦν ἔρις.

Cap. XIII. §. 4 Ἀλλά τοι τῆς ἐπινοίας ἐλεγχθείσης δι' ἑνὸς, ἀναπίμπλαται μὲν Φήμη εἰς τὰ στρατόπεδα.] Non tam Hudsonum mireris, quod εἰς τὰ στρατόπεδα pro ἐν στρατοπέδοις dictum esse putabat, quam Cardwellum, quod locum silentio praetermisit. Pro Φήμη εἰς corrigendum videtur Φήμης.

Cap. XIII. §. 7. Τοῦτο δ' ἦν πλῆθος ἄπειρον·] Sic Hudsonus e Vet. int., qui habet: *Haec autem immensa est multitudo*. Perperam sine dubio. Cardwellus lectionem Mss. et edd. revocavit: ἀπόρων· quam sententiae satisfacere nemo facile negaverit. Nihilominus quod Vet. int. ἄπειρον in suis codd. videtur legisse, non de nihilo factum arbitror. Forte leg.: τοῦτο δ' ἦν πλῆθος ἄ π ο ρ ο ν. — In seqq. αὐτὸς ἐφεστὼς est: *sponte adstans*. Conferendus est locus hujus libri c. 12. §. 3 fin..

Cap. I. §. 5 fin.. Ἀναβαίνοντας μὲν γὰρ κωλύειν πειράσονται κατὰ τὸ εἰκὸς, λαθόντας δὲ καὶ βιασαμένους ἅπαξ οὐκ ἂν ὑποσταῖεν ἔτι κ. τ. λ..] Λαθόντας ineptissimum est. Vide ne παρελθόντας legendum sit.

Cap. II. §. 1. Πάλιν ἀγανακτεῖς, καὶ κέκραγάς μοι λοιδορούμενος. Ἄξιός γε καὶ χαλεπωτέρων, ὃς ἄντικρυς εἱμαρμένης τι παραινῶ, καὶ τοὺς ὑπὸ Θεοῦ βιάζομαι κατακρίτους σώζειν.] Pro ἄξιός γε Cardwellus e codd. suis edidit: λοιδορούμενος· ἀξιῶ γε. In seqq. omnino corrigendum: ὃς ἄντικρυς τῆς εἱμαρμένης τε παραινῶ. Nec deerunt fortasse, quibus ἄντικρυς haud satis placeat. Hi igitur videant, an ἀντικρουούσης τῆς εἱμαρμένης melius sit. Conf. Antt. VII. 1. 4. p. 237. l. 41 ἐπεὶ μηδὲν ἀντικρούοντας ἑώρα.

Cap. II. §. 9 ... καὶ μέχρι πεντεκαίδεκα πηχῶν προκόψαντος τοῦ πυρὸς, ἀποκόπτουσιν ὁμοίως (i. e. quemadmodum alteram illam porticum ipsi destruxerant) Ἰουδαῖοι τὴν ὀροφὴν, μήτε καθάπαν ἐξιστάμενοι τῶν ἔργων, καὶ τὸ πρὸς τὴν Ἀντωνίαν συναφὲς αὐτῶν διαιροῦντες· καὶ παρὸν κωλύειν ὑποπιμπράντας. Οἱ δὲ πρὸς τὴν ἐμβολὴν τοῦ πυρὸς ἠρεμήσαντες τὴν νομὴν ἐμέτρησαν· αὐτῷ σφίσι χρησίμως.] Hunc locum vix aut ne vix quidem intelligas. Nec mirum; corrupit eum Hudsonus ejecta ante καὶ παρὸν vocula διὸ, quae tamen non tantum in edd. Bas. et Gen. exstat, sed eam codd. satis superque tuentur. Hac igitur revocata distinguendum arbitror: ... καὶ τὸ πρὸς τὴν Ἀντωνίαν συναφὲς αὐτῶν διαιροῦντες. Διὸ καὶ παρὸν κωλύειν ὑποπιμπράντας, οἱ δὲ πρὸς τὴν ἐμβολὴν κ. τ. λ.. — Post μήτε καθάπαν negligentius infertur καὶ τὸ πρὸς τὴν Ἀ.. — Ὑποπιμπράντας sc. τοὺς Ῥωμαίους. — Οἱ δὲ sc. οἱ Ἰουδαῖοι. — Nec vero οἱ δὲ post παρὸν illatum facile reprehendi poterit; etsi nullum exemplum proferre possum. Nam post

δέον haud raro apud quosvis scriptores ὁ δὲ sequi solere, res est notissima. Josephi conf. De B. J. I. 10. 1. II. 14. 6. VI. 6. 2. Quidni igitur παρὸν eodem modo poni potuerit?

Cap. IV. §. 2 fin.. ...κατὰ μέρος γὰρ οὐχ ὁμοῦ παντόθεν ἴσχυσαν ὑφάψαι τὰς στοάς.] Nisi me fallit opinio, pro ἴσχυσαν scribendum est: ἴσχυσεν, nempe τὸ πῦρ. Scilicet τὰς πύλας incenderant milites, non τὰς στοάς. Hae sponte ignem comprehenderant.

DE BELL. JUD. LIB. VII.

Cap. VIII. §. 7.. P. 429 extr. Haverc.. Sect. 112 Cardw.. Ἃ γὰρ ἐκείνους ὑφ' ἡμῶν ἐκώλυσαν, ταῦθ' ὑπέμειναν, ὡς αὐτοὶ δρᾶσαι θελήσαντες.] Scribendum videtur: Ἃ γὰρ ἐκείνους ὑφ' ἡμῶν (παθεῖν) ἐκώλυσαν κ. τ. λ..

Ibid. P. 430 init. Haverc.. Sect. 116 Cardw.. ...τοῖς δ' ἐπὶ τῆς οἰκείας τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἀραμένοις ἅπασί τε τὴν ἐλπίδα νίκης ἐχυρᾶς παρασχεῖν δυνάμεων οὐχ ὑπῆρξε;] Δυνάμεων e Big. et Voss. recepit Hudsonus. Idem post ὑπῆρξε signum interrogandi posuit. Hoc rectissime, ut statim videbimus; illud non item, ut quivis sponte intelligit. — Cardwellus lectionem edd. δυναμένοις revocavit, hac addita annotatione: »Si vulgata retineas, hoc modo vertenda sunt: *dignisque omnibus, qui spem victoriae firmam praebere possent, non licuit, nulla data est occasio.* Vide infra VII. 11. 4. Κατύλλῳ δὲ τότε μὲν ὑπῆρξε. Sin autem malesanum esse locum statuas, facile est, adjuvante nonnihil lectionis varietate, ad hunc modum emendare: ἀραμένοις ἅπασι τῶν τὴν ἐλπίδα νίκης ἐχυρᾶς παρασχεῖν δυναμένων ὑπῆρξε. — Nobis hic locus ex eo genere videtur esse, quod ad codd. vestigia levissima mu-

tatione certissime corrigi potest. Ex L. et P. laudat Cardwellus primum ἅπασί τε τῶν ἐλπίδα, tum δυναμένων· quibus receptis non nisi τε in τί mutandum erit; h. m.: ...ἅπασι τί τῶν ἐλπίδα (articulo τὴν ἐλπίδα opus non esse, nemo negaverit) νίκης ἐχυρᾶς παρασχεῖν δυναμένων οὐχ ὑπῆρξε;

CONTRA APION. LIB. I.

§. 7. Δεῖ γὰρ τὸν μετέχοντα τῆς ἱερωσύνης ἐξ ὁμοεθνοῦς γυναικὸς παιδοποιεῖσθαι, καὶ μὴ πρὸς χρήματα μηδὲ τὰς ἄλλας ἀποβλέπειν τιμὰς, ἀλλὰ τὸ γένος ἐξετάζειν ἐκ τῶν ἀρχαίων λαμβάνοντα τὴν διαδοχὴν, καὶ πολλοὺς παρασχόμενον μάρτυρας.] Lowthius pro λαμβάνοντα conjecit λαμβάνον. Male, si quid video. Tantum corrigendum: ἐκ τῶν ἀρχείων (e tabulariis) λαμβάνοντα. Ad τὴν διαδοχὴν mente assumendum τοῦ γένους.

§. 7. Πέμπουσι γὰρ εἰς Ἱεροσόλυμα συγγράψαντες πατρόθεν τοὔνομα τῶν γειναμένων καὶ τῶν ἐπάνω προγόνων, καὶ τίνες οἱ μαρτυροῦντες.] Pro τῶν γειναμένων codd. Big. et Hafn. praebent: τῆς γεγραμμένης. Vet. int.: *Mittunt enim in Hierosolymam conscribentes a patre nomen* nuptae, *et antiquorum progenitorum, quicunque hujus rei testimonia praebuere.* Suspicatur Hudsonus, eum τῆς γαμουμένης legisse. Fortasse scripsit Josephus: τοὔνομα τῶν ἀεὶ γημαμένων.

§. 7. Τεκμήριον δὲ μέγιστον τῆς ἀκριβείας· οἱ ἀρχιερεῖς οἱ παρ' ἡμῖν κ. τ. λ..] Richterus ex edit. Gen. edidit: οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς. Si tantummodo nomina τῶν ἀρχιερέων in tabulas referri consuevissent, quale hoc tandem ἀκριβείας fuisset argumentum? Certe non maximum. Vide ne potius nullum dicendum sit. Quo sequitur, neque vulgatam

lectionem, neque Richterianam ferri posse. Legam: ἀκριβείας· οἱ γὰρ ἱερεῖς.

§. 7. Τοῖς δὲ τῶν εἰρημένων ὅτι οὖν γένοιτο εἰς παράβασιν, ἀπηγόρευται κ. τ. λ..] Monuit Bosius, τῶν εἰρημένων neutro genere accipiendum, et cum ὁτιοῦν conjungendum esse. Non dubito, quin Josephi mentem assecutus sit. At verborum ratio non constat. Fortasse legendum: Καὶ οἷς δὴ τῶν εἰρημένων ὁτιοῦν γένοιτο· ut hic sit ordo verborum: Καὶ οἷς δὴ (sc. τῶν ἱερέων) ὁτιοῦν γένοιτο εἰς παράβασιν τῶν εἰρημένων, (τούτοις) ἀπηγόρευται κ. τ. λ..

§. 7. Εἰκότως — §. 8 τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχήν.] Hic locus primum lacuna laborat. Post ἀναγκαίως libenter inseram: πιστευτέον ταῖς ἡμετέραις, vel ταῖς παρ' ἡμῖν ἀναγραφαῖς. — Deinde transpositione opus est. Nam verba: ἀλλὰ μόνων τῶν προφητῶν — συγγραφόντων pertinent ad μήτε τοῦ ὑπογράφειν αὐτεξουσίου πᾶσιν ὄντος· quemadmodum illa μήτε τινὸς ἐν τοῖς γραφομένοις ἐνούσης διαφωνίας confirmantur et explicantur §. 8. init. Οὐ γὰρ μυριάδες βιβλίων κ. τ. λ.. Quocirca priorem loci partem hoc modo constituendam arbitror: Εἰκότως οὖν, μᾶλλον δὲ ἀναγκαίως (πιστευτέον ταῖς ἡμετέραις ἀναγραφαῖς), ἅτε μήτε τοῦ ὑπογράφειν αὐτεξουσίου πᾶσιν ὄντος, ἀλλὰ μόνων τῶν προφητῶν τὰ μὲν ἀνωτάτω καὶ τὰ παλαιότατα κατὰ τὴν ἐπίπνοιαν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μαθόντων, τὰ δὲ καθ' αὑτοὺς ὡς ἐγένετο σαφῶς συγγραφόντων, μήτε τινὸς ἐν τοῖς γραφομένοις ἐνούσης διαφωνίας· οὐ γὰρ μυριάδες βιβλίων κ. τ. λ.. — De reliquis ita sentio: δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἴκοσι βιβλία. Vereor ne vox βιβλία insititia sit. — τὰ δικαίως θεῖα πεπιστευμένα. Vocem θεῖα ex Eusebio recepit Hudsonus. Male; quemadmodum vel sola, quae paulo infra de libris apocryphis leguntur: πίστεως δὲ οὐχ ὁμοίως ἠξίωται τοῖς πρὸ αὐτῶν, manifesto demonstrant; non qnin libros V. T. divinos

habuerit Josephus, sed hoc loco sibi proposuerat ostendere, eos *fide dignos* esse, *quia divini essent.* Quid quod inter ἀξιοπιστίαν et θεοπνευστίαν ne distinxisse quidem videtur. — τετρακισχιλίων ὀλίγου ἐτῶν. Vox ὀλίγου iterum ex Eusebio sumpsit Hudsonus. Mss. ὀλίγῳ. — Ἀπὸ δὲ τῆς Μωϋσέως τελευτῆς μέχρι τῆς Ἀρταξέρξου τοῦ μετὰ Ξέρξην Περσῶν βασιλέως ἀρχῆς, οἱ μετὰ κ. τ. λ.. Vox ἀρχῆς deest in plerisque Mss. et Eusebio. Deleatur. Post μέχρι τῆς mente repetendum τελευτῆς.

§. 26.. P. 460 Haverc.. P. 205 Richt.. ...καὶ τούτους εἰς τὰς λιθοτομίας τὰς ἐν τῷ πρὸς ἀνατολὴν μέρει τοῦ Νείλου ἐμβαλεῖν αὐτὸν, ὅπως ἐργάζοιντο καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων οἱ ἐγκεχωρισμένοι.] Hudsonus conjecit: ... καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων οἱ ἐγκεχειρισμένοι. Quam medicinam non vereor morbo etiam pejorem dicere. Legam: καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων εἶεν κεχωρισμένοι. De εἶεν κεχωρισμένοι conf. Antt. II. 6. 2. p. 51. l. 4 ἐδεδίει γὰρ μὴ κἀκεῖνον — εἶεν ἀπεσκευασμένοι. Nec vero τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων quemquam morabitur. Vox Αἰγυπτίων epexegesin quandam facit. Eodem modo ἕτερος legitur Luc. XXIII. 32 Ἤγοντο δὲ καὶ ἕτεροι δύο κακοῦργοι σὺν αὐτῷ ἀναιρεθῆναι.

CONTRA APION. LIB. II.

§. 23 Θύομεν τὰς θυσίας οὐκ εἰς πλήρωσιν ἑαυτῶν καὶ μέθην· ἀβούλητα γὰρ τῷ Θεῷ τάδε, καὶ πρόφασις ἂν ὕβρεως γένοιτο καὶ πολυτελείας· ἀλλὰ σώφρονας, εὐτάκτους, εὐσταλεῖς, ὅπως μάλιστα σωφρονῶσι. Καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις ὑπὲρ τῆς κοινῆς εὔχεσθαι δεῖ πρῶτον σωτηρίας, εἶθ᾽ ὑπὲρ ἑαυτῶν.] Ex Eusebio laudantur haec: ... εὐσταλεῖς ὅπως δὲ μάλιστα σωφρονῶμεν ἐπὶ ταῖς θυσίαις κ. τ. λ.. Legam:

εὐσταλεῖς. Ὅπως δὲ μάλιστα συμφρονῶμεν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις κ. τ. λ..

§. 31. fine. Ἡμεῖς δὲ ἐν τύχαις — ἐφ' οὓς ἂν στρατεύωσιν.] Primum τοὺς νόμους προέδομεν recte ex Eusebio receptum est. Antea erat: προάγομεν. — Post περιέποντες commate distinguendum. Pro ἀλλ' εἴ τις ἐθέλοι σκοπεῖν libenter legam: ἀλλ' εἴ τις (τἀληθὲς) ἐθέλοι σκοπεῖν.— Καρτερίας pro μαρτυρίας eximia est Cotelerii conjectura. Sed comma post hanc vocem delendum. — Pro ἐπιτιθέντας, οἱ μέν γε legendum ἐπιτιθέντας· οἳ μέν γε. Perperam Lowthius ἐπιτεθέντας conjecit. Ordo verborum hic est: ἀλλ', εἴ τις ἐθέλοι σκοπεῖν (περιέποντες αὐτοὺς, nempe τοὺς νόμους) ἐπιτιθέντας ἡμῖν ἄθλους κ. τ. λ.. Porro οἵ μέν γε accipiendum de Lacedemoniis. Conf. quae p. 23 de collocatione articuli diximus; item Antt. XIII. 12. 2., quem locum supra p. 85 tractavimus. — Post ἐπὶ τῆς πόλεως διῆγον commate distinguendum. — Ad λαμβάνοντες. Ἐφ' ἣν δὴ τοῦτο quod attinet, male Hudsonus conjecit: ἐφ' ᾧ δή. Scribendum: ... λαμβάνοντες, ἐφ' ἓν δὴ τοῦτο μόνον, τὸ καλὸν ἔργον καὶ φιλάνθρωπον, ἅπαντα κ. τ. λ.. Verba τὸ καλὸν ἔ. κ. φ. ironice accipienda esse nemo non videt.

ADDENDA.

P. 18. l. 11. De loco Philonis, in Flaccum §. 9. T. VI. p. 50, vereor ut recte judicaverim. Si verba φαίη τις ἂν significare possunt *reposueris*, ut sint dubium solventis, non moventis, locus recte se habet. Sin minus, haec ipsa, nec aliud quidquam praeterea, delenda sunt.

P. 26. l. 2. Antt. VII. 3. 3. p. 242. l. 34 e codd. scribendum: Ἐποιήσατο δὲ καὶ παῖδας ἕνδεκα τὸν ἀριθμόν. In omnibus igitur, quae protulimus, exemplis τὸν ἀριθμὸν legitur, et quidem numeralibus postpositum. Quod idem obtinet Antt. p. 91. l. 42. De vit. p. 828. l. 13 et 832. l. 42. Praeponitur autem Antt. VII. 1. 4. p. 236. l. 44. Ἐγένοντο δὲ — καὶ παῖδες Δαυΐδῃ τὸν ἀριθμὸν ἓξ ἐκ γυναικῶν τοσούτων. Etiam ἀριθμὸν sine artic. legere memini, sed locos nescio quomodo notare neglexi.

P. 68. l. 2. Lege: θεόκριτον ἄν τις εἴπειεν κατὰ τ. Ἑ. γ.. Nam quod p. 119 dixi, ν ἐφελκ. ante consonantem haud raro corruptelarum causam exstitisse, id quum in aliis, tum in isto εἴποιεν pro εἴπειεν cernere licet. — P. 57. l. 3. et p. 123. l. 19, 20 consulto διατελοῦσιν et ἕξουσιν intacta reliqui.

P. 81. l. 31. Sero animadverti, παραστῆναι pro περιστῆναι jam Wyttenbachio placuisse.

P. 89. l. 16. Μεθίεσθαι cum accusativo legitur apud Plutarchum, Consol. ad Apollon. c. 32. p. 118. B. τὰ τοῦ πένθους παράσημα μεθέμενοι.

P. 96. l. 16. Lege: *res haud satis.*

P. 100. l. 15. Dele verba: *sine articulo.* Hoc dicere volui, ὑπὸ γρηγορούντων καὶ ὡσανεὶ δεδεμένων ὑπὸ τοῦ φόβου praedicati loco habenda esse.

P. 108. l. 14. Quae hic leguntur, vereor ut satis perspicua sint. Itaque post *confido* haec velim addantur: *Verba* K. ν. ἀ. α. *ita sunt accipienda:* Καὶ νικήσας (ὁ Ἰούδας) ἀναγκάζει αὐτὸν (τὸν Νικάνορα). *Quod vulgo legitur* caet.. In seqq. tum κατιόντι αὐτῷ tum βλασφημήσας ἠπείλει ad Nicanorem pertinent. Equidem mihi plane persuasi, Josephum h. l. nulla in re cum scriptore libri 1 Maccab. discrepare.

INDEX LOCORUM,

QUI OBITER ET EXTRA ORDINEM TRACTANTUR.

ANTT. LIB. I.

ANTT. LIB. II.

ANTT. LIB. III.

ANTT. LIB. IV.

ANTT. LIB. XIV.

ANTT. LIB. XV.

ANTT. LIB. XVI.

ANTT. LIB. XVII.

ANTT. LIB. XVIII.

ANTT. LIB. XIX.

ANTT. LIB. XX.

LIB. DE VITA.